בחינת הפירושים

BECHINATH

HAPPERUSCHIM

Hoc eſt

Examinis Commentationum Rabbinicarum in Moſen

PRODROMVS

vel Sect o prima,

complectens

GENERALEM PROTHEORIAM, DE

1. *Textu Hebraico*
2. *Targum Chaldaico*
3. *Verſione Græcâ,*
4. *Maſóreth,*
5. *Kábbalah*
6. *Peruſchim.*

Cum Indicibus locorum Scripturæ, Rerumq; memorabilium.

AUTHORE

Wilhelmo Schickardo,

Sacr. Literarum Hebr. Profeſſore.

TUBINGÆ,

Typis Viduæ Johan-Alexandri Cellii,

ANNO M. DC. XXIV.

Nobiliſſimo
JCtorum
PARI
DNN.
THOMAE LANSIO & CHRISTOPHORO BESOLDO
Profeſſoribus Tubinganis Celebratiſſimis,
Magnis Hebraiſmi Mecœnatibus,
Dnn. Patronis & Compatribus meis,
officioſo affectu colendis.

Libellus quem vobis ſiſto

VIRI AMPLISSIMI!

nondum is eſt quem vetus inſcriptio Bechinath Happeruſchim *deſignat, ſive nondum illud ipſum Examen Commentationum in Moſen, quod dudum in me recepi, ſed ejus tantùm Prodromus aliquis; adeoq; quod mutatus titulus indicat, Generalis tantùm Protheoria, de quibuſdam materiis ante hoc ſtudium præcognoſcendis, quas recens hoc frontiſpicium nominatim indigitat. Cœperam hunc laborem ante triennium, & continuâ opera totum editurus eram, niſi ſubitaneus Typothetæ mei abitus id interrupiſſet, qui tunc ſolus in hâc officinâ Hebræas literas componere norat. Poſtquam verò hactenus ipſe etiam Paterfamiliâs, Dn. Cellius vir longiori vitâ digniſſimus, è vivis diſceſſit, cœpit ſuperſtes Vidua, monitu Dnn. Curatorum rebus hiſce providere, & nè nimiâ tarditate damnum faceret, me rogare, ut hujus tàm longi & lenti operis Exordium, ſeparatim vulgari paterer, & quæ in eo reſtarent, ad ineuntes nundinas abſolverem. Admonitio quidem tunc intempeſtiva mihi, cum ob præcipitatam editionem alterius cujuſdam Meteorologici tractatus, & alias quaſdam expeditiunculas, minimè vaca-*

vacabat. Vrgenti tamen parendum erat, nè vel incommodarem Typographeo, vel Studioſos ſuſpenderem diutius, qui moræ impatientes, importunis efflagitationibus ſuis quotidie moleſti erant. Poſthabitis ergò cæteris, reagreſſus ſum iſta, & quod ad Prolegomena deerat ſupplevi, diſſectoq; veteri titulo, veſtivi opuſculum hoc novo & materiæ rectius congruenti: reliqui tamen priſtinum ad Lectorem Præloquium, & alia quædam, quæ nunc aliquantulùm progreſſo crudius ſapiunt, nè quibus initiis profecerim, diſſimulare videar.

Illud verò totum quicquid eſt, V.V.[ræ] A.[m] Viri Nobiles & Excellentiſſimi! offero, non tantùm quòd placere vobis præcipuè cupiam, & acri judicio veſtro probari; ſed etiam quia jure quodam id vendicatis, quod è Libris veſtris, atq; veſtra benevolentiâ commodatò acceptis hauſi: ac ut publicè conſtaret Studioſis, quibus Mecœnatibus ego & ipſi mecum iſta deberemus. Tranſeo illud, quod in os dicere Paraſiticum foret, proinde ex ipſâ re intelligi malo; eſſe vos præter exquiſitam Iuris veſtri ac rerũ Politicarum, addo & exoticarum linguarum peritiam, etiam in hiſce Studiis, raro exemplo verſatos. Sed quod mihi potiſſimum eſt, etiamq; cum paucis commune habetis, & Hebraiſmo feliciter ceſſit, laudo palam, fuiſſe librorum tàm liberales, & tanti theſauri poſſeſſores minimè avaros, qui tot pretioſos, nec in trivio repertos codices, adeò benevolè mecum communicâſtis. Itaq; meritò recipite hunc quaſi cenſum, ſeu primos eorum fructus, & plures maturioreſq; à tàm fœcundo depoſito deinceps ſperate. Certè niſi vos iſthoc favore conatibus meis obviam veniſſetis, nunquam penetraſſem ad hæc tàm abſtruſa, ſed fuiſſet mihi in tritis illis lipporum ac tonſorum ſcitis, & quæ ad ravim uſq; toties à Grammaticellis paſſim repetita ſunt, conſeneſcendum. Noveratis verò familiariter meam curioſitatem, quòd inventis nondum contentus, elegerim per invia (non tamen avia) perrumpere, dummodò planiorem brevioremq; viam diſcipulis ſternam, & hiſce literis acceſſionem quæram, nec fruſtra functioni meæ præfuiſſe, aut Profeſſionem perfunctoriè tantùm adminiſtraſſe dicar. Excitarat me primùm ad hæc ſtudia, vir incomparabilis Dn. D. Hafenrefferus p. m. Theologus quondam pientiſſimus, nunquam parcè laudandus, & ingredi nitentem vacillantemq; manu initio duxerat; cujus ob id beneficium cineres beatos etiamnum veneror. Vrſerunt deinde in hoc officio conſtitutum, Exempla meorum Anteceſſorum, quos hæc Academia præ multis ſemper clariſſimos habuit, Capnionis, Forſteri, Snepfii, Weiganmejri, &c. vah quantorum hominum! nunquam ſine honoris præfatione memorandorum! quorum famam indignè contaminari metuerem, ſi poſt ipſos ego ſolus ociarer. Onerant me poſtremò ſpes plurium modernorum, hujus rei neceſſariam utilitatem peritè æſtimantium, nominatim è multis per Germaniam, venerandi ſenioris Dn. Lau-

Laurentii Fabricii Prof. VViteb. veterani, & Dn. Ioh. Buxtorfi Baſileenſis, Rabinorum ſed Chriſtianorum, adeoq́; pectorum candidorum, & ab Invidiâ omni tàm alienorum, ut nil præter nomen ejus noſſe videantur. Horum exquiſita judicia faciunt, ut hæc ſtudia nec ex laude rudis admiratoris, nec ex imperitæ multitudinis contemptu æſtimem, ſed tantùm Vobis, & paucis veſtri ſimilibus, id eſt æquis rerum Cenſoribus placere ſat habeam. Poſſem fortè ſi vellem, in alio quodam plauſibili argumento, & minori quidem operâ exerceri, ſed nondum pœnitet hæc deſerta ſtudia illis communioribus prætuliſſe. Plures numerantur in hâc urbe Sutores vel Sartores quàm Aurifabri, ac magis etiam indigemus veſte & calceis, quàm inauratis poculis, fortè & illi per negotiationes ſuas plus lucrantur; mallem tamen nihilominus me hujus addicere opificio quàm illorum, non tantùm quòd circa nobiliorem materiam verſantur, ſed & quia tractant eam ingenioſius.

At videtur Hebræa literatura, inter cæteras cauſas, quas ignavi quidam deſidiæ ſuæ prætexunt, ideò etiam ſordere, quòd JUDAICA ſit: prout & mihi à non nemine vitio verſum ſcio, quòd Iudæis converſer crebrius, & inde ſupparaſitari videar, hominibus nauci & viliter habitis, quos nemo alius ſui ſtatus memor alloquio dignetur, ſed pueri crepitaculis per plateas proſequantur. Quaſi verò inter Chriſtianos illi, qui miro pecuniarum aucupio & artificio uſurarum ipſos etiam Rabinos longè antecellunt, honeſtiores ſint habendi! quæ fæx hominum (nam Chriſtianos appellare dubito) in hac publicâ Germaniæ noſtræ calamitate, inſectorum inſtar adeò excrevit; ut à ſtrenuâ praxi parentum, infantes etiam & qui vernaculè fari nondum didicerunt, Hebræum כחר Sachar jam balbutire incipiant. Sed ad rem. Nemo noſtrum hæc arcana feliciter cognoſcet, niſi qui ad libros Iudæorum peritiores conſuluerit: non quidem quoad linguam, in quâ ipſi etiam doctiſſimi noſtratium Apellarum (veteres excipio) indiſerti ſunt, nihilq́; minus quàm didactici, qui methodum à nobis potius diſcere debeant, quàm docere; prout ſanè noſtros profectus hi homines ipſi, quantumvis lividi mirantur: ſed quantum ad ritus, ceremonias, feſta, &c. in quibus omninò aliquam Veteris Teſtamenti umbram, licet tenuem adhucdum retinent; præcipuè autem ob traditiones avitas & arcanas quaſdam ſcripturarum explicationes, aut depravationes potius, quibus tot annis ſervitutis ſuæ tàm potenter & pertinaciter in errore ſuo retinentur, quos in publicatis libris vel prorſus non, vel de induſtriâ tradunt obſcuriſſimè, nè prodantur; nobis autem reſcire prorſus neceſſum eſt, ut eorum confutationes meditemur, ſi modò ullâ tangimur ſeriâ converſionis ipſorum curâ. Habet enim hic populus præ cunctis gentibus terræ id peculiare, ut præcipua non apertè dicant aut vulgent, ſed parabolarum nebulis

bulis & intricatiſſimis Kabala tricis involvant, eaq́ue neque privatis quidem ſcriptis ſemper, ſed utplurimùm oraliter, de manu quaſi in manum propagent: quod apud rudiores & literarum in exilio deſuetos, ferè infinitis & monſtroſis fabulis occaſionem præbuit. Hæc ab illis cognoſcere juvat, & ſicubi ſuperſtitioſa vel erronea ſunt, paulatim ex animis illorum evellere, ſublatiſq́ue nugis ſalutare potius Evangelion implantare, Chriſtianæ fidei ſemina ſpargere, & diu ſperata multorumq́ue votis ardenter expetita, fortè & non procul abſentis ipſorum Converſionis fundamenta, per DEI gratiam jácere. Ubi ſanè mediocri conſuetudine ipſemet expertus ſum, poſſe illos affabilitate rurſum allici, quos averſatione ſuperciliosâ tantoperè abalienavimus.

Revertor ad vos, MEI PATRONI! & libros veſtros, per quos id conſecutus ſum, ut mihi non amplius à dubiâ fide aliorum pendendum ſit, ſed ipſa priſcorum verba meis oculis uſurpare queam, & illorum ſonos auribus quaſi videar exaudire. O quàm frequens eſt hodie Semihebræorum temeritas, qui ut Rabinos legiſſe putentur, Maimonidas, Nachmanos, Aben-Ezras, Bechajos, R. Salomones ſubinde crepant, ipſumq́ue adeò Talmudum citant, quorum tamen nihil unquam, nè per tranſennam quidem, non dico legerunt, ſed vix viderunt, ut ſi quis eos de externâ tantùm libri figurâ rogaret, in octavâ quam vocant excuſos fortè reſponderent. Malunt ergò apparere tales quàm revera eſſe. Pro his jam pridem Galatinus & Munſterus, nuper etiam Cl. D. Helvicus laboràrunt, ut cum illorum vitulis gnaviter arare ſciant; quod vel ſola typographica errata, tàm fideliter tranſcripta produnt. Id tamen illiberale minus eſſet, ſi quis non ex profeſſo Hebræus, eorum fide recitet & optimos viros meritâ laude ſuâ, ſuppreſſis nominibus non fraudet. Quo autem illud alterum turpius, eò plus mihi gratulor, quod veſtro & aliorum quorundam Cll. V. favore, duos præcipuos libros, qui maximam orbis partem ſeducunt, Talmudum puto & Alkuranum in authenticis exemplaribus cognoſcere licet, quos tantiſper neglexit literatorum chorus. Nam ut Arabica in aliud tempus differam, Talmud ille quem tu Dn. LANSI ex commiſſa tibi Bibliothecâ, mihi tàm diu jam utendum conceſſiſti, non eſt vulgaris illius editionis, quæ ex præpoſtero Tridentini Concilij zelo caſtrata, & toto libro Afodah-Zarah ſpoliata prodijt, ſed primitiva illius Veneta, ſuperiori ſeculo nata, quæ propter integritatem & raritatem maximi ſit à Iudæis, ut neſciam an quis hodie centenis Imperialibus nudum ejus Exemplar emere poſſit. Id quia privatorum non eſt ſumptuum, præſertim nunc quando cum annonâ conflictamur, ideò prudentiſſimè fecerat quondam Optimus & Celſiſſimus Heros Dn. Ludovicus Wirtembergicus &c. quando id Illuſtri Collegio à ſe fundato, & cuius tu jam à compluribus annis laudatiſſimus Anteceſſor.

ceſſor audis, una cum numeroſa plurium eiuſmodi librorum hebræorum (cæteros taceo) ſupellectile legavit; donum certè tàm ſapienti Principe digniſſimum.

Suſcipite igitur à me quod Veſtrum eſt, & ſi quid aberratum fuit, benigno judicio corrigite. Deprehendi enim inter relegendum, quando poſt refrigeratum ſcriptionis calorem, ea non ut propria, ſed quaſi aliena cenſui, aliqua ineſſe, quæ ſupplemento, plura tamen quæ limâ indigerent. Verbi gratia, quæ pag. 29. & 32. de antiquitate Targum Ionathæ Vzielidis, conjecturaliter tantùm diſputavi, ea ex Paulino loco 2. Tim. 3. v. 8. fieri multò etiam probabiliora, quando Apoſtolus Iannesium & Iambreſium Moſi reſtitiſſe commemorat, quæ nomina Magorum Ægypti nuſpiam in ſcripturis, at in prædicto Targum ſuper Exod. 7. v. 11. expreſſa reperiuntur, quaſi omninò is dum adhuc ad R. Gamalielis pedes ſedens, Phariſaiſmum diſceret, περισσοτέρως ζηλωτὴς ὑπάρχων τῶν πατρικῶν σου παραδόσεων, Gal. 1. 14. hunc celebrem legis Paraphraſtem legerit, qui nè ab Arato quidem & Epimenide abſtinuit, Act. 17. 28. Tit. 1. 12. Quod in exemplari tuo Dn. BESOLDE *aliud agendo fortè reperi, conſideratione ulteriori non indignum. Vtinam verò ea majori copiâ proſtarent! neſcio an Iudæorum invidia, vel inofficioſitate Bibliopolarum aliud in peculium comparare hactenus nequiverim? Pag. 43. movi dubiũ de Quinq; legis interpretib. Græcis. Id R. Aſarias (indicante mihi Buxtorfio juniore) c. 8 ſui* Meor-Enaijm *de tribus, Aquilâ, Symmacho, & Theodotione intelligit: non obſtante, quòd V. numero fuiſſe memorantur, & ex relationis ordine, ante LXX duorum tempora contigiſſe ſuſpicandum. Me verò illud præcipuè deterret, quòd Ptolemæo vertiſſe ſcribuntur, & ſi ſemel hoc præſtitiſſent, reliquorum ſenum operam Rex non requiſiturus fuiſſe videatur. Pag. 49. ubi de Scribarum induſtriâ & ornatu Maſóreth egi, non ſatis intellexeram verba Eliæ Levitæ, donec ſuperiori anno vidiſſem ingens illud & pretioſum exemplar Bibliorum, quod Capnio quondam à Divo Maximiliano I. Rom. Imp. dono acceptum, moriens patriæ ſuæ S. P. Q. Phorcenſi legaverat, nunc verò Illuſtriſſimus Marchio Badenſis, &c. poſſidet, atque ante aliquot ſecula, pro R. Abrahamo Ben-Meir, Aben-Ezra exaratum eſſe, Buxtorfius conſultus, ex hâc clauſulâ* ולר" א' ב' מאיר *probabiliter ſanè collegit. Ibi in librorum veſtibulis obſervavi notas Maſorethicas minutiſſimis literulis, non lineatim ſed inſtar picturæ, tàm affabrè conſcriptas, ut eminus inſpectas leonum, urſarum, boum, ovium, &c imagines crediderim, nec artificii fraudem prius ſenſerim, quàm oculis membranæ cominus admotis, intuitus eſſem proximè. Cum igitur in hoc ornatu tantoperè priſcos Hebræorum librarios luxuriaſſe cernerem, non ultra miratus ſum, quòd in re alioquin ad ſuperſtitionem usq; diligentiſſimâ, quædam omiſerint, quæ ſcilicet animalis icon*

non

non caperet; unde prima depravationibus occaſio data fuit. Pag. 52. quod Baal-Juchaſin ex Michlol Kimchi citat, id in eo quidem reperi fol. 156: a. edit. Venet. ex fide R. Iacobi f. Eleazar recitatum: ſed de Scribâ dubitat Elias Levita, in ſuo Schiſre-Luchos oct. Aijn. 2. a. quoniam alicubi cum Aleph inter utrumq; Lamed הלאלי denominatum vidit, & in ipſo Michlol Edit. Conſtantinop. הללי per Zeri. Cætera quæ ibid. ex Eliâ de quodam Ægyptio exemplari retuleram, inveni hactenus in ipſo Maimonide Halach. Seph. Thor. cap. 8: fol. 56 b. Sed Kimchi p. 226. a. Michlol, dicit Syracuſis aſſervatum, quo R. Ionah Medakdek uſus fuerit; cui Elias d. l. conſentit. Pag. 65. fabrefeci arcam Noæ Parallelepipedam, cum tamen juxta δελτίερας Φερνλίδας figura Priſmatis triangularis eſſe deberet. Aſſertionis meæ fundamentum alias exponam. Sic etiam ad SS. Triunitatis myſterium aptius quadraret: ſi quam fidem inter Chriſtianos merentur hæ Cabaliſticæ ſpeculationes. Pag. 82. Pinxi Siclum ex conjecturâ, & Nachamanidis verbali tantùm relatione, adhibitis Samaritanorum characteribus aliundè notis; & paulò aliter etiam ſculpſi ex eadem, in diſſertatione de Nummis. Poſtquam verò tu Dn. LANSI ex gazophylacio tuo innumerorum penè numiſmatum antiquorum, oſtendiſti verum talem, & florente adhuc Samariâ (proh quàm diu id eſt retro!) cuſum ex argento, non fuſum, quod periti facilè diſcernunt, agnovi hunc lapſum; proinde à temetipſo (quo melius nemo poteſt) ad illum tàm pretioſum Archetypum tuum corrigi volo. Pag. 121. Quæ de monſtroſa rana, Ægyptum replente attigi, extant etiam in Talm. l. Sanhedr. fol. 67. fac. b. Deniq; Doct. Fauſti magi apud plebem celebris legendam, quam p. 126. fictitiam, non ſine aliorum authoritate ſtatui, ſunt qui etiamnum veram credant; cum his non contendam, ſi fortè patriam ſuam tanti præſtigiatoris origine honorari putaverint, dum ſibi popularem dicunt: ut olim de Homeri civitate inter Græcos certatum fuit. Si quæ tandem plures inſunt maculæ, quæ corpuſculum hoc deformant, abſtergite illas ſtatim ut apparuerint, judicii veſtri ſpongiâ: benevolè recordati, quòd in hoc ſtadio pro ætate adhuc decurram, ad metam nondum pervenerim. Quod etiam materias cohærentes ſeparare, & inepto ſæpè loco dividere coactus ſui, non mihi ſed chartæ & diſputationum anguſtis limitibus imputate. Sic & quòd textui ac verſionibus (inevitabiliter duriuſculis) adeò crebras & legenti moleſtas parentheſes inſerui, cogitate in Studioſorum hujus linguæ gratiam id factum eſſe; quibus omnis meus labor deſervit, ut nempe facilius conferrent, & hoc ſigno moniti ſtatim agnoſcerent, quod verbum latinum cuinam Hebræo reſponderet, vel quod explicationis ergo aliunde eſſet ſuppletum.

Sed deſino, & meos conatus vobis commendo: Valete optime. Salutat vos Dn. Buxtorfius, noſter ille communis; quem niſi Baſilea, per ipſum quoq; nobili-

bilitata, viciſſim honorificè haberet, afficeret injuria; eſſet enim indignum negligere concives, quem tot paſſim exteri colunt. Iubet ille ante omnia continuare cœptam refutationem arcani libri Nizzachon, *quem Rev. & Digniſſ. Academiæ noſtræ Cancellarius, Dn. D. Oſiander, hujus ſtudii etiam promotor magnus, &c. benevolè mihi concrediderit: & in operis ſubſidium miſit alterum* Nizzachon *R. Lipmanni, membranâ exaratum, quod exemplar Cl. quondam Tremellius, è Iudæo utilis Eccleſiæ Doctor factus, ſecum ex Italia detulerit. Denuò ſalvete* D N N. COMPATRES, *certò confiſi quòd perpetuò futurus ſim*

Ampl. V V.

beneficii memor,
& ad quævis officia
paratiſſ. CLIENS

W. Schickardus
Non. Martiis. 624.

Benevo-

בחינת הפירושים

Bechinath Happeruſchim.

HOC EST:

EXAMEN INTERPRETATIONUM HEBRAICARUM, IN GENESIN

QUAS VEL ANTIQUISSIMI PARAPHRASTÆ CHALDÆI, UT ONKELOS Proſelytus, Jonathan-Ben-Uziel, & Baal-Thargum-Jeruſchalmi: vel Critici Bibliorum Maſorethæ vel Cabaliſtæ, præſertim Iaakob Author Turim: Vel Thalmudiſtæ & Bar-Nachmoni in Bereſchit-Rabba: Vel Rabbini cumprimis Ramban, Aben-Ezra & Selomo Iarchi: Vel noſtrates quoque Iudæi ſuper ſacrum Contextum adferunt.

UBI PIÆ PRISCORUM MEDITATIONES COMPROBANTUR; EMPHASES SINGULARUM Vocum & Idiotiſmi conjunctarum latius explicantur; Ineptæ verò & nugaces Judæaſtrorum expoſitiones confutantur. Obiter etiam aliæ Verſiones, Græca, Latinæ, atque Vernacula noſtra, partim examinantur, partim à quorundam iniquis Cenſuris modeſtè vindicantur.

INSTITUTUM à

WILHELMO SCHICKARDO, SACRÆ LINGUÆ apud Tubingenſes Profeſſore, & ibid. Contub. Rectore.

CUM

Florentiſſimis quibuſdam Viris-Juvenibus, S.S. Theologiæ Studioſis, quorum Nomina ſingulis Exercitationibus præſcripta ſunt.

Tubingæ, Typis Johan-Alexandri Cellii.

ANNO M. DC. XXI.

R. Moſes Ægyptius, in libello Ikkarim,
ſub finem 13. fund.

הנה כללתי לך דברים מועילים ומפוזרים בספרים
רבים ונכברים, על כן קנה אותם והצלח וקרא דב
דבריהם אלה פעמים רבות, והתבונן בהם הטוב, ואל
ישיאך לבך ותחשוב כי הבינת אותם בפעם אחת או בעשרה
פעמים, דע לך חי השם כי השיאך בשוא ועל כן אל ת
המהר להתוך הדין כמה שיראה לך, וג׳.

Benevolo Lectori S.

POSTQUAM SUPERIORI ANNO PRÆter meam vel Spem vel Meritum ad profeſſionem Hebræam evectus fui, officii mei fore ratus ſum, ut juxta præclarum Ben-Syræ Nepotis Jeremiæ monitum, lit. gim. גרמא דנפיל בחולקי אגרדיה *os quod in meâ ſorte cecidit, illud roderem*: hoc eſt, ut nos efferre ſolemus, honorificam quam nactus ſum Spartam, pro meâ virili exornarem. Ingratum enim eſſet in Almam Matrem Academiam, injurium in merita tot Anteceſſorum, tùm verò præcipuè contumelioſum in pios manes D. Raüchlini Sueviæ quondam Triumviri, ab Hermolao Barbaro familiari ſuo græcâ appellatione Capnionis dicti, præciſè ante ſeculum, hoc eſt, Anno Chr. 1521. corpore demortui, ſed immortali famâ adhuc & æternùm ſuperſtitis, à Magno Eraſmo, ingenioſâ Apotheoſi inter Divos relati, & ipſi quoque Cæſari Maximil. I. in deliciis habiti, cujus vix abſque Enthuſiaſmo, nunquam ſine ſtimulo ad haſce literas recordor; ſi committerem ut meâ negligentiâ primævæ linguæ Studium, vel frigeret hîc, ubi olim ſub tempus renaſcentium literarum unicè floruit, vel culpâ Decimi Succeſſoris primò omnium intercideret ibi, unde per illum Heroa, primum ejus Reſtauratorem, in univerſam penè Europam eſt propagatum.

Itaque præter publicas Lectiones, ubi Multitudinis Major eſt habenda ratio, Exemplo cæterarum Facultatum, privatos etiam Ludos pro provectioribus aperui, in quibus præteritâ quidem hyeme Hebraiſmum, præſente verò Chaldaiſmum & Rabbiniſmum, לעניות דעתי *pro tenuitate meâ* doceo. Verùm, quia non vivâ tantùm voce præſentibus, ſed Scriptâ quoque Abſentibus prodeſſe decet, neque Linguas propter ſemetipſas, utcunque ſuaves ſint, ſed propter Res illis deſcriptas addiſcimus, adeoque omnis opella mea S. S.

UNIVERSIDAD CENTRAL BIBLIOTECA DERECHO

Theologiæ deſervit, ad quem ulteriorem ſcopum vigiliæ meæ colli- mant: ſecundum illud R. D. Kimchi in præfat. Michlol. לא טוב היות האדם ערירי מחכמת הדקדוק אבל צריך לו להתעסק בתורה ובמצות ובפירושים *non eſt conveniens, ut homo ſit ſterilis præ nimio ſtudio Grammaticæ: ſed potius neceſſe eſt, ut occupetur in lege, præceptis & explicationibus.* Nolui nec debui in Etymologicis minutiis perpetuò conſeneſcere, ſed cum Bono DEO paulatim altius aſſurgere, & Beati Haſenrefferi noſtri, heu quam pii nuper Patris! graviſſimo monito, Ingenioli vires in penitioribus Hebræorum Scriptis, hactenus à nemine in Latinam verſis, experiri; partim ut ex officio Diſcipulis ceu pullis, cibum in os ingererem non crudum, ſed quaſi præmanſum; partim ut benè de omnibus merendi ſtudio, aliis quoque, ſi qui fortè deſiderant, Judæorum expoſitiones, vulgò minus notas, proderem. In quo Conatu, ejuſdem Haſenrefferi judicio, mihi Timidulo, nec Invidia hinc, neque Contemptus illinc; at meæmet conſcientiæ præſagio, Tenuitas utrinque metuenda eſt. Non Invidia: qui falcem meam in nullius meſſem immitto, neq; Controverſiis, quas Chriſtiani cum Chriſtianis, ubere prohdolor proventu habemus, ullibi me immiſceo; niſi Photinianorum fortaſſis Blaſphemiæ, Judaicarum non abſimiles, aliud agenti & per accidens interveniant. Non popularis Contemptus; quem & materiæ Dignitas & linguæ Raritas, etiam apud Imperitos, facilè vindicabunt. Sed mea in hiſce Tenuitas, & hactenus exigui temporis habita Exercitatio, quam & mecum domi agnoſco, & hìc palàm foris profiteor. Certè niſi tardos in hoc ſtudio profectus meos ſolaretur mira vis Vſus & Aſſiduitatis potentia incredibilis, quæ vel duros tandem excavat ſilices, jam dudum in pertinacis vereque Improbi Laboris veſtibulo animum deſpondiſſem. At ſi nil niſi numeris ſuis abſolutum & undiquaque perfectum edere licet, nemo quantumvis grandævus, in Bibliopoléo apparere audebit: aut ſi ad Horatiani præcepti rigorem, omnia noſtra in nonum uſque premenda ſint annum, pigra nos ante Senectus occupabit, quàm laudabile quippiam ſcripſerimus. Quoniam ergò ſemel incipiendum eſt, quæro non abs re cum venerando ſene Hillele, in Pirke Afoth: אם לא עכשיו אימתאי *ſi non jam, ecquando tandem?* Annon Fabricando manuſque operi admovendo, Fabros fieri oportet? juxta dictum illud Ariſtotelis Ethic. 2.

Porrò illud mihi exorandus es Amice Lector, ne vitio vertas, quòd

quòd tot Judaica paſſim, apta ſimul & inepta, gloſſas & nugas, religioſa cum ſuperſtitioſis, &c. affero. Factum id eſt occaſione ſacri contextus, quem in ſuâ linguâ ſic partim explicant, partim depravant; & jure Profeſſionis meæ, Linguamque Docendi privilegio, cui id pro tua Humanitate condonabis. Neque enim ipſemet omnia ſtatim approbo, quin imò craſſiora ſubinde refuto. Multò minus Judaiſmum ſeminare, vel claræ luci Evangelicæ Rabbinicas nubes obducere cogito; חס ושלום *abſit* hoc à me Chriſtiano! qui cum Catholicâ Eccleſiâ ſuperbenedictam Trinunitatem devotè veneror, & in exhibitum Meſſiam piâ fiduciâ ſpero. Sed hæc eſt mens mea; Authoritatem Authentici textus, quantum in me eſt, manu tenere: ad Majora Biblia, obſtetricante Buxtorfio Baſileæ nuper renata, fructuoſiùs legenda, ſtudioſos manuducere; ſimulque ab aliquorum veritatis hoſtium *μισεβραίων* indocto & cyclopico contemptu vindicare: Emphaſes originalium vocum, quæ ſub verſionum involucris ceu cortice latent, enucleare: Idiotiſmos ſacræ linguæ, à genio cæterarum remotiſſimos, proinde nullo uno adæquato earum vocabulo explicabiles, amplioribus verbis & circuitione utcunque repræſentare: Iudæaſtros ſuomet gladio jugulare: Aliorum Interpretationes modeſtâ & omnibus ſeculis conceſſâ libertate examinare: Maſoræ, minus quàm decet vulgò notæ, uſum monſtrare: Cabalæ Arcana ſtudioſis prodere: ſtrenuos paulatim ulterius & ad Chaldaiſmum provehere: Tepidos vel tantùm ad Hebraiſmi Amorem inflammare; utriſque mecum proficiendi anſam præbere. Quem in finem Formalia Rabbinorum verba, è libris non ubique proſtantibus & majori parte à Nob. & Conſult. Viro Dn. D. Lanſio, &c. è locupletiſſimâ Illuſtris Collegii Bibliothecâ, benevolè mihi communicatis fideliter exſcripta, & latinè verſa, ſemper adjecta ſunt. Summa; prodeſſe, nec fruſtra fruges conſumere natum videri. Interim verò, ſi quid dextri etiam Circumciſus dixerit, id æquo animo admittere. Eſt enim, nè neſcias, inter Iudæos etiã diſcrimen. Veteres illi multa, ſuo quodam more, parabolis occultarunt; quæ noſtrates Iudæaſtri, & verè חומץ בן יין *Acetum vini proles*. hoc eſt, Majorum ſuorum diſſimillimi & degeneres Filii, craſsè dijudicant. Non igitur è cæco zelo infans ipſe, quod ajunt, unà cum lavacri ſordibus eſt effundendus, ſed בין קודש לחול *Inter ſacrum & prophanum* cautè diſtinguendũ, neq; tàm Quis dicat, quàm Quid dicatur attendendum. Quis enim ſanæ mentis dubitabit quicquam eſſe adeò vile & abjectum, è quo non aliquid boni eruere ſciat prudens? Omnia

probate, monet Apoſtolus, quod bonum eſt tenete. Præjudicium ergo tuum, quòd Iudæi prorſus nil boni afferant, tam diu ſuſpende, donec reapſe verius quid experiare. O quoties Gallina granum in medio reperit fimeto! Quandoque eſt Holitor verba opportuna locutus, ait latinorum Horatius; & in Capit patr. cap. 4. noſter Ben-Azai אל תהי בז לכל אדם ואל תהי מפליג לכל דבר שאין לך אדם שאין לו שעה ואין לך דבר שאין לו מקום׃ *Non contemne ullum hominem, nec hyperbolice extenua ullam rem. Nemo enim eſt, cui non ſit Hora ſua, & nihil quod non reperiat locum ſuum.* Ibidem Ben-Zoma. איזהו חכם הלומד מכל אדם *Ecquis eſt Sapiens? qui diſcit à quovis homine.* Item Ribbi Ioſe Babylonius: אל תסתכל בקנקן אלא במה שיש בו יש קנקן חדש מלא ישן וישן אפילו חדש אין בו׃ *Ne conſideres Cantharum, ſed id quod intus eſt; poteſt enim & novus Cantharus veteri vino repletus eſſe: & vetus vel novo carere.* Sed præfari deſino, & rem ipſam בשם שמים aggredior. Tu bone Lector fave cæptis, ut ſtrenue continuari poſſint, & da creſcendi copiam, atque Vale.

Dictum Hillelis.

	בשר		רמה	
מרבה	נכסים	מרבה	דאגה	
	ישיבה		חכמה	

	Carnes		Vermes	
Multiplicans	Divitias	multiplicat	Curas	
	Academias		Sapientiam.	

Ribbi Meir.

הווי ממעט בעסק ועסוק בתורה׳ והווי שפל רוח בפני כל האדם

Minue Negotia ut vaces Legi: Eſtoq; Humili Spiritu erga omnes.

S P E-

SPECIALI EXAMINI INTERPRETATIONUM, PRÆMISſa ſunt generalia quadam

PROLEGOMENA

De

1. Textu Hebræo 2. Thargumim ſeu Paraphraſibus Chaldæis. 3. Verſione Græcâ. 4 Maſoræ Authoribus, Methodo & uſu. 5. Cabalæ ſpeciebus. 6. Peruſchim ſive Commentariis Rabinorum.

DISPUTATIO PRIMA

Habenda Menſe Martio Anno 1621.

RESPONDENTE

M. JOHANNE SCHMIDT, BUDISSINO, Luſato.

AGIT DE:

Textus Hebraici (1) Authoritate interna apud Iudæos, (2) Præſertim veteres (3) Moſen omnibus Prophetis anteferentes. (4) de illius externo ſuperſtitioſoque honore. (5) Invidâ occultatione. (6) Partitione.

1. VT IN NOVO TESTAMENTO GRÆcus, ſic in veteri Hebraicus Textus eſt originalis & Authenticus, ad quem in controverſis locis tutiſſimè recurritur, & cui ſoli plus quam omnibus aliarum linguarum Apographis, adeoque totis Interpretationum plauſtris creditur. Hunc tantum Theſaurum, *à lectione* מקרא *& à numero librorum*

עשרים

עשרים וארבעה dictum, nos Chriſtiani, ſingulari Dei Opt. Max. providentiâ beneficioque, à Judæis, quantumlibet invitis acceptum habemus; quos inde Auguſtinus meritò Capſarios noſtros vocat (ſuper Pſal. 41.) qui Studentibus nobis Codices portent. De ſacro iſthoc Depoſito, Judæorum non omnes Idem ſentiunt. Impudentiores illorum, quales ſunt Novitii ferè & Noſtrates Apellæ priſtinæ gentis Feces potius quàm poſteritas, agnoſcunt Authoritatem ejus Canonicam; at negant Sufficientiam. Putantes pleraque illa quæ לתורה שבכתיב *legi ſcripta*, hoc eſt, Bibliis deſint, ſupplenda eſſe מתורה שבעל פה *è lege orali*, in Thalmud relatâ. Unde nata eſt Blaſphema illa comparatio, quæ legitur in Maſſichta Sopherim cap. 15. Halacha. 7. נמשלה המקרא כמים והמשנה כיין והתלמוד כקונטידון· אי אפשר לעולם בלא מים וא"אל בלא יין וא"אלב קינט'· ואיש עשיר מתכלכל בשלשתן· כך א"אל בלא מקרא ובלא משנה וא"אל בלא תלמוד· *Similis eſt Textus Biblicus Aquis, & Miſchna vino & Thalmud condito. Nec eſt poſsibile ſemper vel abſque Aquis vel vino vel condito eſſe. At Homo dives in promptu habet omnia tria. Sic nec poſsibile eſt ſemper vel abſque Bibliis vel Miſchna vel Thalmud eſſe.* Et illa altera, nihilo melior, Halachâ mox ſeq. 8. ועוד נמשלה התור' כמלח והמשנה כפילפלין והתלמוד כבשמי' וא"אל בלא מלח וא"אלב פילפ' וא"אלב בשמ' ואיש עשיר וג' כמו הנ"ל *Ulterius aſsimilatur lex Sali, Miſchna Piperi Thalmud Aromatibus, nec poſsibile eſt, &c. at vir dives, &c. ut ſuprà.* Cujus ſententiæ aſperitatem, levigare conantur Halach. 9. dicentes אשרי אדם שיש עמלו בתלמוד ולא שיהא דולג במקרא ובמשנה *Beatus eſt ille Homo, cujus labor in Thalmud; ſic tamen ut non tranſiliat Biblia nec Miſchna.* At hunc verbi Divini contemptum, parùm plauſibiliter excuſant, quamdiu proſelyto Bag Bag morem gerunt, qui pueris ſaltem S. S. Scripturam proponendã eſſe, Thalmudi verò lectionem Adultioribus reſervandam, ſuadet. בן חמש שנים למקרא· בן עשר למשנה בן שלש עשרה למצוות· בן חמש עשרה לתלמוד:

Quin-

Quinquennis puer ad Biblia: Decennis verò ad Miſchna. Adoleſcens 13. *Annorum ad obſervationem præceptorum*; 15. *Annorum ad Doctrinam Thalmudicam* (*ſcilicet aptus eſt, vel adbiberi debet*) utinam verò Biblia pellegerent tota! At videmus eos ſecurè Prophetarum oracula negligere, ſoloque Moſe contentos eſſe; quem diebus Sabbathinis cantillare, ſuâ religione tenentur, alioquin fortaſſe nec illum quidem magnoperè curaturi. Quotuſquiſque eſt inter ipſos, qui Prophetas nôrit? undè non invenuſtè libri illorum לאלמנות חיות *vivis viduis* comparantur, quorum ſcilicet Mariti Extraneas ament, ſe vero domi negligant.

2. Longè rectiùs olim Majores ipſorum ſentiebant, de quibus verè dicitur: הלא טוב עוללות הראשונים מבציר האחרונים *Racemationem veterum, meliorem eſſe ipsâ vindemiâ Novitiorum.* Illi quantumvis Thalmudo etiam plus nimis, more gentis addicti, multò tamen reverentiùs tractabant Dei verbum, & quàm honorificentiſſimis id præconiis ornabant. Quòd indubitatum ſit ipſius Dei verbum, & in Interiori receſſu plus habeat, quàm in fronte literarum promittat; adeò ut nè ſapientiſſimis quidem Mortalium ullis, profunditas Myſteriorum ejus fuerit perveſtigabilis. Hos ergò Illis opponimus, præſertim verò celeberrimum ipſorum R. Moſchen Bar Maijemon, qui abbreviatè רמב"ם *Rambam* dicitur, & in libro fundamentorum Religionis Judaicæ, quem aliâs maximi faciunt, Ikkar. 8. ità dicit: כל אות ואות שיש בתורה יש בתוכה חכמות גדולות · למי שיבינהו האל · ולא יושג תכלית חכמתה· כמו שנאמר · ארוכה מארץ מדה ורחבה מני ים: *Etiam ſingulæ legis literulæ continent intra ſe Sapientiam Infinitam, ut etiamſi cui Deus eam det intelligendam, nunquam tamen ejus finem apprehendat. Juxta id quod dicitur* (*Job.* 11. *verſ.* 9.) *longior terrâ eſt Menſura ejus ac latior Mari.* Et hanc Majeſtatem non ſolis legibus, ſed ipſis etiam minutioribus circumſtantiis, adeoque Propriorum Nominum enumerationi attribuit,

ſtuit, quòd non ſint viliora cæteris. Ibidem: אין הפרש
בין · ובני חם כוש ומצרים ופוט · ושם אשתו מהיטבאל בת מט
מטרד · ובין אנכי ה' אלהיך · ושמע ישראל · כי הכל תורת השם
קדושה אמת *Non eſt diſcrimen* (quod tamen in Exceſſu peccatum eſſe putamus) *inter hæc verba: Filii Cham erant Chuſch Mizraim atque Put. Gen. 10. v. 6. vel illa: Nomen uxoris ejus Mehetabeel, filia Matred. Gen. 36. v. 40. & inter illa: Ego ſum Dominus Deus tuus, Exod. 20. v. 2. vel illa: Audi Iſraël Deus tuus unus eſt. Deut. 6. v. 4. univerſa enim Dei lex eſt ſacroſancta veritas.* Hinc graviter invehitur in Impium R. Menaſſem, eumque ut כופר מכל הכופרים *Hæreticiſſimum Hæreſiarcham* damnat, quòd ſtatuerit Ipſam quoque legem Dîvinam, non minus quàm cæteros profanos libros habere לבות וקליפות *Corda & Cruſtas*; hoc eſt, ut nos diceremus, Nucleum & Corticem, nec eundem ubique Tenorem. Leges quas ex Dei dictantis ore, populo præſcripſerit Moſes, eas ſolas eſſe Canonicas & αὐτοπίστους; cætera quæ ex ſuo cerebro, explicationis cauſsâ interſeruerit, vel hiſtoricè narrârit, humanæ tantùm eſſe Authoritatis.

3. Contra hunc & alios gentiles, fundamento præced. 7. Maimonides Excellentiam Moſis magno conatu aſſerit. Præferens illum Antiquis Prophetis omnibus, quem nihil Myſteriorum fugerit, qui nullâ vitæ labe inquinatus fuerit; ſumma, qui ſolus rerum humanarum attigerit faſtigium. Verba ejus ſunt: הוא אביהם של כל
הנביאים הקדומים לפניו והבאים אחריו ובזמנו · ואין לכולם
מעלה כמעלתו · והוא מבחר בריאת יתע' מכל בני אדם · והוא
השיג מסוד הבורא יתב' יותר ממה שהשיג או ישיג כל אדם
שנמצא או שעתיד להמצא הוא ע"ה הגיע לתכלית רום האנושית ·
עד אשר הגיע למעלת מלכות שמים · ונכלל בכת המלאכים · ולא
נשאר סותר מסודות התורה אשר לא נודעו לו · ולא מנעהו מונע
גשמי ולא דבק בו דבר חסרון לא מעט ולא הרבה · וגו' *Ipſe eſt Pater omnium Prophetarum Antecedentium, Subſequentium & coætaneorum. Non enim ullius Excellentia fuit ſicut Excellentia illius.*

illius. Ipſe Electiſſima erat Creatura ſummi Dei præ omnibus filiis hominum. Ipſe aſſecutus eſt de Arcanis ſuperbenedicti Creatoris plus quàm ullus mortalium, qui invenitur aut invenietur unquam. Ipſe (piæ memoriæ) attigit terminum Celſitudinis humanæ, adeò ut pertigerit uſque ad ſublimitatem Regni cœlorum, & cooptatus fuerit in cætum Angelorum. Neque ſuper eſt aliquod Arcanum inter Myſteria legis, quod non notum fecerint ipſi. nec impedivit illum Impedimentum corporale, neque adhæſit ipſi defectus aliquis ſive paucus ſive multus. Porrò Quatuor in ſpecie differentias ibidem facit Rambamus, inter ipſum & alios, quibus eos antecelluerit. 1. Quoſdam, inquit, allocutus eſt Deus על ידי מלאך מליץ *per Angelum Interpretem*; At Moſen Imediatè פה אל פה *ore ad os*. Num. 12. 7. 2. Aliis viſus eſt בחלום הלילה · או ביום תרדמה נופלת על הנביא אשר יתבטלו בו רגשיו · ותשאר המחשבה לבדה · כענין חולם· וזה נקרא מחזה או מראה: *In ſomnio Nocturno: vel etiam interdiu ſopor gravis irruebat in Prophetam, adeò ut ceſſarent in illo externi Senſus ejus, nec remaneret niſi Contemplatio ſola, ut in Dormiente. Qui modus Theoria vel viſio dicitur.* At Moſi adfuit Spiritus Dei Propheticus, ipsâ clarâ luce diurnâ, dum vigilans aſſiſteret duobus Cherubim. Secundum id quod dicitur: Exod. 25. 21. ונועדתי לך שם *& teſtificabor tibi Ibidem*, ſcilicet apud Arcam Propitiatorii. 3. pleriſque corpus ſimul patiebatur. וזדעזעו איבריהם וימסו אשוריהם וינתק בניין גופם ותמצאם חרדה גדולה כמעט שתצא נשמותם מאימותם: *Illorum tremebant Membra, liqueſiebant greſſus, corruebat ædificium corpuſculi, inveniebat eos panicus quaſi pavor, ut parùm abſuerit, quin animæ eorum egreſſæ eſſent, è ſuis ſedibus.* Prout in Daniele Ecſtaſin paſſo, cap. 10. apparet. At Moſen allocutus eſt Deus פנים אל פנים· כאיש אל רעהו *facie ad faciem, ſicut vir cum proximo ſuo.* Exod. 33. 11. hoc eſt, placido & benevolo vultu, ut Amici invicem ſolent, adeóque abſque ullâ conſternatione. 4. Nullus cæterorum ברשותו *ſuâmet Auctoritate*, & quando ſibi ipſi libuerat, vatici-

vaticinari potuit; Imò totos ſæpè dies, Menſes, Annos ſuerunt abſque prophetiâ. Aliqui etiam citò Prophetæ eſſe deſinebant. Eliſæus quoque היה מכוין לשמח נפשו ולזכך רעיוניו · באמרו · ועתה קחו לי מנגן · ואז תבואהו הנבואה: *Præparabat ſe, exhilarando Animum ſuum & defæcando Affectus ſuos, dum diceret. Nunc ergò ſumite mihi pſaltem:* 2. *Reg.* 3. 15. *tunc demum advenit ipſi oraculum.* At ſolus Moſes prophetabat omni tempore, quoties neceſſe erat, liberrimum habens aditum ad Deum, præ fratre ſuo Aarone, cui ſanctuarium ingredi non ſemp licebat. Hinc oblato aliquo difficiliori caſu, jubebat populum pauliſper ſaltem expectare עמדו ואשמעה מה יצוה ייי לכם *ſtate, inquibat, & audiam, quid præcipiat vobis Dominus. Num.* 9. 8. Quibus Eccleſiaſticis laudibus Moſis, addo hanc politicam & Memorabilem, è fine lib. 4. antiq. Jud. Joſephi. *Vir omnium quotquot unquam ſuêre prudentiſſimus, & qui Conſilia bona optimè noſſet Exequi: adhac Eloquentiâ & in tractando populo gratiâ & dexteritate Incomparabilis. Affectus quoque ità ſemper in poteſtate habuit, ut omninò illis carere videretur, & Nomina tantùm eorum, ex his qua in aliis hominibus conſpiceret, cognita habere. Imperator Idem cumprimis bonus, vates verò qualis nemo alius ut omnia ejus verba vim oraculorum obtinerent.* Et hæc hactenus de Moſe, ejuſque legis Authoritate Internâ. Nunc videamus etiam obiter, quantùm Externè ipſam honorent.

4. Hîc primò dici credivè vix poteſt, quâ curioſiſitate quâ ſollicitâ ſuperſtitione, volumen Legis Illud, quod in Synagogarum Archivis, ad ſolennes tantùm Lectiones, & publicos uſus aſſervant, deſcribi curent. Non omnis Membrana, ſacro huic inſtituto Idonea cenſetur; nec quodvis atramentum. Nihil hîc eraditur, nihil deletur: idque metu quodam Religionis. Et ne Affingere videar, ex ipſorummet libris, fidem dictis facio. Præſertim è Codice Sopherim, qui in eo prolixus eſt, ut hujus devotæ Scriptionis modum tradat. Sic itaque orditur Cap. 1. Halach. 1. אין כותבין ספרים לא על עורות בהמה טמאה ולא

על

על עורות חיה טמאה · ולא תופרין בגידן ולא נכרכין בשערן · והלכה למשה מסיני שכותבין על עורות בהמה טהורה ועל עורות חיה טהורה ותופרן וכורכן בשערן · הלכה למשה מסיני שמסרגלין בקנה וכותבין בדיו על העור שהוא סמוך לו · מן המקרא ואני כותב על ספר ובדיו · *Non ſcribunt libros neq; ſuper pelles Jumenti Immundi, nec Beſtiæ Immundæ. Sic non conſuuntur nervis, neque ligantur in coriis illorum. Et iſte Ritus eſt ab ipſo Moſe de Monte Sinai, quòd tantùm ſcribitur ſuper pelles jumẽti vel Beſtiæ Mundæ. Item Sutura & ligatura in hiſpido. Eſt & hæc conſuetudo Moſaica è Sinai, quod lineas ducunt prius calamo, & tunc ſcribunt Atramento, ſuper Membranam continuam. Juxta Textum (Jerem. 36. 18.) Et Ego ſcribebam in librum cum Atramento.* En ſubtilem probationem! ſed audiamus porrò quàm circumſpectè exarari debeat? quantũve interſit, ut illa Megilla, hoc eſt, circa geminos Cylindros convolubilis Scheda ſacra, decenter adornetur. Ibid. Halach. 4. כותבין על הקלף במקום הבשר ועל הגויל במקום שער · ואינו רשאי לשנות הלכה למשה מסיני · שאם שינה בזה ובזה אין קורין בו · *ſcribunt ſuper Pergamenum in loco Carnis: & ſuper Membranam in loco pilorum (olim hirſuto, nunc autem pilis inde enatis vacuo glabroque) neque fas eſt mutare hunc Ritum Moſis è Sinai. Si quis enim Mutet in hoc vel illo, non legunt in eo.* Cautum certè Scribam iſta requirunt. At quid Vitriolum commeruit, quòd id Atramento immiſcere nefas ducunt? fortè corroſio timetur? quid Gummi? Num ne udo aëre colliquatum, madefactas literas per repercuſſionem, cum confuſione lectoris ingeminet? prudenter igitur huic malo proviſum! Halach. 5. אין כותבין לא על דיפתרא ולא על גבי נייר מחוק · לא בשחור ולא בשיחור · ולא בקומוס ולא בקנקנתום ולא במי טריא · ואין נותנין קנקנתום בדיו · *Non ſcribunt neque ſuper Pergamenum Imperfectè præparatum, neque ſuper Chartam raſam. Item neque Carbone, neque Nigro colore, neque Gummito, neque Vitriolaceo, neque alio Humore. Imò ne quidem miſcent vitriolum in Atramentum.* De Carbone minus miror, poſſet enim vel

ſolâ legentium reſpiratione difflari, nedum tam incondito Cantillantium, & prorſus Stentoreâ voce conclamantium Boatu annihilari. Sed ut ut Ridicula ſint hæc, nihilque præterea poſſint, Nos tamen Chriſtianos â Textualis Corruptionis liberant Suſpicione, cujus immeritò à quibuſdam inſimulantur Judæi, ab hoc facinore omninò alieniſſimi. Audiamus enim quæſo ulterius, quàm reverenter porrò ſcriptum jam librum, nec publicum ſaltem, ſed & privatos tractent. Cap. 3. Oſeh Thorah. Halach. 10. pagin. 43. b. edit. Venet. ספר תורה לא יהדיקנו מתוכו אבל מהדקו מבחוץ · והנותן ספ׳ תורה לחכירו לא יתנהו אלא בימין והמקבלו לא יקבלנו אלא בימין · שכן נתינתו בהר סיני · שנ׳ מימינו אש דת למו· *Librum legis nemo apprehendat in Medio, ſed teneat illum in Margine. Et qui porrigit lib. Legis Collegæ ſuo, non exhibeat eum niſi dextrâ manu. Talis enim erat Traditio ejus in Monte Sinai. juxta id quod dicitur, (Deut. 33. v. 2. Dominus in Sinai venit, cum decem millibus, &c.) & à dextra ejus Ignea lex pro eis.* Et quod plus eſt, ob nobile hoc officium, ſacri nimirum Codicis in tenendo contactum, honoratur ipſa quoque Dextra Manus, cui propterea ſingulari Thalmudicæ Majeſtatis privilegio, jam ultra centum Decennia cautum eſt, nè ullâ ſpurcitie inquinetur. In Maſſichta Berachot: אין מקנחין בימין אלא בשמאל מפני שמראה בה טעמי התורה· *non abſtergunt Dextrâ ſed Siniſtrâ: eò quod oſtendit illa Accentus Legis.* Unde derivatum eſt illud in Rituali Orach Chaiim, cap. 3. ויקנח ביד שמא׳ ולא בימין *Et abſterget ſordes manu Siniſtrâ, neque Dextrâ. Et cætera: quæ de Civilitate Morum ſuper* בית הכסא *huc exſcribere pudor vetat;* Antonius Margaritha, Judæus ſed Baptizatus, & Lipſiæ quondam Profeſſor, in libello, **der gantz Jüdiſche Glaub** inſcripto, pag. h. 4. b. edit. Auguſt. de An. 1530. de popularibus ſuis memoriæ prodidit, quòd profanis, hoc eſt, ſecundum ipſos, Illotis manibus, ſacros non attingant libros, aliis in Bibliothecâ nunquam ſupponant, ſemper impo-

imponant. Scamno cui incumbunt, religione quadam non inſideant, apertos & claudendos ſemper exoſculentur, adeoque ob delapſum in terram, totâ die jejunent, quotquot præſentibus oculis Omen hoc conſpexerint, cæteriſque Sanctiores haberi velint. Id unde hauſtum ſit, in originalibus ipſorum libris hactenus nondum deprehendi: non tamen abludit ab illis, quæ in ſæpè citato libr. Sopher. cap. 3. Halachis 11. 12: 13. hiſce verbis leguntur. לא ישמט ארם ספר תורה מחיקו ויחלצנו בו שנוהג בו דרך בזיון · ולא יתננו על גבי ארכובותיו ויתן אצילו עליו ויהא קורא · כדברי ר' נחמיה · *Non projiciat homo librum legis è ſinu ſuo, nevè extrahat eum, ut tractet contemptibiliter: Non ponat illum ſuper genua ſua, neque innitatur ei axillis, dum legit. juxta præceptum R. Nehemiæ.* לא יתננו על גבי הכסא ויהא תלוי וקורא כטם שקורין בשטרות · ש״אין נוהגין ביזיון בספרים · אלא אוחז בידיו באימה וקורא בו · אין זורקין ספרים ממקום למקום ואין נוהגין בהן דרך ביזיון · *Non collocet eum ſuper pulpitum, ut ſit ſuſpenſus; neque eo modo legat, quo ſolent Schedæ: Contractuum, ne habeantur deſpicatui Codices ſacri. Sed apprehendat manibus ſuis cum timore & ſic legat in eo. Non diſpergant libros paſſim de loco in locum, nè afficiant contumeliâ.* לא יתננו על גבי מטה לא במרגלות המטה ולא תחת המטה · ולא ישב אדם על גבי המטה והספרים עליו · *Nemo ponit eum ſuper ſtratum, multò minus ad pedes lecti vel prorſus infrà lectum, neque inſidet quiſpiam grabato, ſi libri eidem incumbant. (nè ſcilicet Serpens eum mordeat, prout R. Eleaſaro accidiſſe ibidem narratur; ſecundùm illud Prov. 23. v. 32. Noviſſimum ejus inſtar Serpentis mordebit.)* Poſſem hiſce plura de peculiari Feſtivitate, ipſis שמחת התורה *gaudium legis* dicto, adjicere; quam poſt abſolutam lectionem Moſaicam, ultimâ die ſolennitatis Tabernaculorum, hoc eſt, quotannis 23. primi ſui Menſis Tiſri die celebrant, & proximè quidem in 10. noſtri Octobris 1620. inciderat. Ubi ſuum Sepher Thorah, id eſt, legis librum, miris geſticulationibus honorant, cumque inſigni totius

pleb e-

plebeculæ applauſu publicè omnibus oſtentant. Sed ſufficiat hoc unum, ex eodem Sopher. cap. 14. Hal. 14. exceptum attuliſſe. מיד גולל ספר תורה עד שלושה דפין ומגביהו ומראה פני כתיבתו לעם העומדין לימינו ולשמאלו · ומחזירו לפניו ולאחריו שמצוה לכל האנשים ולנשים לראות הכתב ולכרוע ולומר · וזאת התורה אשר שם משה לפני בני ישראל · או תורת ה׳ תמימה משיבת נפש: *Confeſtim revolvit librum legis ad tres paginas, & exaltat illum, atque oſtendit faciem ſcripturæ ejus populo circumſtanti à dextris & ſiniſtris ejus. Convertitque antrorſum & retrorſum, præcipiens omnibus Viris & Mulieribus, ut aſpiciant, acclamantes: Hæc eſt lex quam propoſuit Moſes filiis Iſraël! aut ex (Pſal. 19. v. 8.) lex Domini perfecta eſt, convertens animam.* Qui plura deſiderat, videat ipſorum מנהגים; Minhagim, hoc eſt, libros conſuetudinum. pag. 53. edit. Hanov. & omninò Synag. Buxt. latinam. pag. 422. edit. ejuſd. ubi hæc Pompa graphicè depingitur.

5. Hunc tàm ſacri Theſauri uſum ipſi Iniqui ejus Poſſeſſores nobis Chriſtianis ab Ethniciſmo oriundis communicatum, acerrimè invident; Imò nè primitivæ quidem Linguæ notitiam, felicibus Incrementis Dei gratiâ inter nos Propagatam, nobis favent; hancque Malevolentiam ſuam pluſquàm Satanicam verbis 147. Pſalmi pallient: לא עשה כן לכל גוי ומשפטיו בל ידעום: *quòd Deus non taliter ulli fecerit nationi, nec Judicia ſua manifeſtârit cuiquàm præter ipſos.* Unde eouſque malitiæ progreſſus eſt Livor eorum, ut lege ſanxerint, adeoq; ſub dirâ Anathematis ſui pœnâ caverint, nè quis illorum Chriſtiano, Arcanos Legis ſuæ ſenſus revelare præſumat. Prout apparet ex 2. præf. Eliæ in Maſoreth, octern. Beth. facie 8. b. כל הלומר (*fortè legendum eſt* הלמד) תורה לתלמיד שאינו הגון / ירד שאולה ביגון / ורוחו ונשמתו תופח / שנאמר תאכלהו אש לא נופח / לא דברו אלא בישראלי / ולא באדומי או ישמעאלי. *Quicunque tradit (vel docet) legem Diſcipulo cui non licet, is deſcendet ad Infernum cum mœrore, & Spiritus atque anima ejus diſplode-*

diſplodetur; quia dictum eſt; devorabit eum Ignis non ſufflatus Job. 20. 26. Non ergò loquuntur hæc niſi Iſraëlitis; neque verò Edomitis (ſic Chriſtianos vocant) vel Iſmaëlitis. Nominatim verò Myſteria, ſub hoc Exordio noſtro Moſaico, & Viſione Quadrigarum Ezechielis latitantia, Omnemque, ut ipſi ajunt, Philoſophiam naturalem & Metaphyſicam occultè comprehendentia, ulli Chriſtianorum prodere vetuerunt. Ibid. pagin. a. & b. כי חכמים אינם אוסרין / רק שדברי תורה לגוי אין מוסרין / ולא אמרו אין מלמדין / רק עקרי דבריהם עומדין / על דברין ששייך בהן מסירה / כגון מעשה בראשית ומעשה מרכבה וספר יצירה / שאין מגלין אלא לצ לצנועים / אנשים חכמים וידועים / אשר מבני ישראל המה׃ וכן כצרור אבן במרגמה / אשר על תלמיד שאינו הגון דרשוהו׃ ולזורק אבן למרקולים דמוהו׃ *Sapientes non probibuerunt niſi verba Legis gentibus non tradere. nec dixerunt non docete; niſi tantùm fundamenta earum rerum, quæ nituntur verbis, in quæ congruit aliqua Traditio (oralis) qualia ſunt opus Creationis, & Curule (Ezechielis) & liber Jezira. quæ non revelant niſi verecundis Viris Sapientibus & doctis, qui de filiis Iſraël ſunt. Et ſic Proverb 26. 8.) eſſet quaſi incluſum lapillum (gemmam, projiceret) in acervum vulgarium lapidum, ſi quis diſcipulum, cui non convenit, doceret illud; adeoque ſpargenti lapidem ad ſtatuam Mercurialem (trivium. vide Thiſchbiten.) ſimilis ille.* Et nè quis fortè plebejus, ex populari avaritiâ vel juvenili temeritate, Chriſtianis quicquam prodere poſſit, ideò nec inter ſeipſos omnibus promiſcuè communicant, ſed aſtutiſſimo conſilio tot Arcanæ & Cabaliſticæ Scripturæ modos dudum confinxerunt, ut non niſi Senes, & in hiſce multùm exercitati, ea intelligere valeant. prout ibidem ulterius ſequitur: ועוד מה שאמרו בגמרא / אין מוסרין סתרי תורה / אלא מי שיש בו חמישה ענינים / זקן ונשוא פנים / וכולו / כדאיתא בישעיה׃ *Porrò id ipſum eſt quod dicitur in Gemara; non tradunt Arcana Legis niſi ei, in quo ſunt quinque conditiones, ut ſit Senex, honorabilis facie, &c. prout extant Eſaiæ cap. 3.*

C *verſ. 3.*

verſ. 3. Unde idem Elias, maxima ſibi apud populares ſuos conflavit odia, quòd Cardinalem Ægidium Viterbienſem, & aliquot alios Italiæ Chriſtianos, Linguam ſaltem docuiſſet: ut ipſemet anxie fatetur, oćtern. Beth. facie. 5. b. ועל זה גדלה עלי הצעקה / ולא נחשב לי לצדקה / וקצת הרבים / אינם מסבירים לי פנים / ואומרים לנפשי אוי / על שלמדתי תורה לגוי / משום הדרשה הבנויה / על ומשפטים בל ידעום הללויה / תלים קמ"ז *Propterea invaluit ſuper me vociferatio, nec reputatum eſt mihi in Juſtitiam; Et quidam Rabinorum non ſpectandam præbuerunt mihi faciem, dixerunt animæ meæ, væ! eò quòd docuerim gentes. Propter Interpretationem extructam ſuper illud Pſal. 147. v. 20. Et Judicia ſua non noverunt illi, &c.* Ubi ſe prolixius excuſat, & quod à Judaiſmo propterea nondum defecerit, publicè proteſtatur.

6. Canonici Vet. T. libri, hebraico Idiomate exarati, numerabantur antiquitus ſaltem viginti duo, quot & Conſonantes ſunt in Alphabetho ſacro; ſicut videre eſt ex prologo Galeato B. Hieronymi, duobus nempe libellis, Ruth libro Judicum, & Threnis ſuo Authori Jeremiæ annexis: quinque verò Duplicibus exiſtentibus, ad analogiam quinque literarum מנצפך *biformium.* At hodie à Judæis, non dolo, ut Fabricius ſuſpicabatur, ſed ex Antiquiſſima tum Maſoretharum ordinatione, tum Thalmudicorum approbatione, numerantur עשרים וארבעה *Viginti Quatuor.* ſcilicet חמישה חומשי תורה *quinque Quinarii Legis* ד' נביאים ראשונים *quatuor Prophetæ priores,* Joſua, Judices, Samuel, Reges, ג' נביאים אחרונים *tres Prophetarũ poſteriorum,* Eſaias, Jeremias Ezechiel & תריעשר *liber duodecim* minorum, Ideò conjunćtorum, nè Sigillatim relićti facilius injuriâ temporum intercciderent. Tandem יא' כתובים *Undecim Hagiographi,* ſcilicet Tres Poëtici, pſalterium, Proverbia, Job. Quinque מגילות *volumina,* per annum hâc ſerie in feſtis legi ſolita, Cantic. Ruth, Threni, Eccleſiaſt. Eſther. & tres Semi-Chaldaici, noviſſimè ſcri-

pti,

pti, Daniel, Eſdras, Paralipom. Qui à Propheticis ideò ſeparantur, quòd non per ſomnium, viſionem, auditionem vocis, Ecſtaſin & alienationē mentis, ut vatum oracula; ſed per Spiritum S. immediatè Authoribus ſuis, integris ſenſibus dictati eſſe dicuntur. Atque iſte ordo talis eſt in noſtris & Gallicanis Exemplaribus: à quo tamen Hiſpanica non nihil variant; ſicut & vetuſtiora Judaica ab utriſque. omnia ſuis quibuſdam nixa rationibus. de quo Elias Maſor. Hammaſ. octern. ד. f. 6. b. In hoc autem omnibus ex æquo convenit, quòd eos viginti quatuor libros in tres generales partes diſtribuunt, ſcilicet Legem, Prophetas & Hagiographa: ut Idem Ibid. docet. לא היו הכ״ד ספרים מחוברים יחד והם חברום ועשו מהם ג׳ חלקים תורה נביאים וכתובים. *Non erant 24. libri conjuncti unà, ſed Illi (viri Magnæ Synagogæ, ſub præſidio Eſdræ congregati, de quibus ibi loquitur) concinnaverunt eos, & fecerunt inde tres Partes, Legem, Prophetas & Hagiographa.* Quam diſtinctionem etiam ipſe Salvator noſter Chriſtus acceptaſſe videtur, Lucæ 24. v. 44. omnia, inquiens, impleri oportet, quæcunque de me ſcripta ſunt in lege Moſis; in Prophetis; & in Pſalmis. Sub Horum complexu, cæteros quoque Hagiographos proculdubio intelligens. Sunt qui putent, in Quatuor partes Hebræa dividi Biblia, eò quòd vident in totidem vulgò compingi Tomos, & audiunt diſtinctas priorū & poſter. Prophetarum mentiones. At hęc eſt ſubdiviſio tantū generis Intermedii in ſuas ſpecies infimas, olim propter Scribas introducta, hodie propter Typographos & Bibliopegas commodè retenta, quæ ſuperiori diviſioni nihil derogat. ut ſcitè notavit Druſius in pentat. pagin. 4. Porrò lex Moſaica ſubdividitur, à Maſorethis quidem in פרקים ſive *Capitula*, ſed pauciora quàm nos Chriſtiani numeramus, verb. g. Geneſis ſaltem in 42. Exod. in 29. Levit. 23. Num. 32. Deut. 27. Sic etiam cæteri libri. Joſ. 14. Jud. 14. Ambo. lib. Sam. 34. Reg. 35. Eſa. 26.

Jerem. 31. Ezech. 29. minor. Proph. 21. Chron. 25. Pſal. 19. Job. 8. Prov. 8. Ruth. Cant. Thren. ſingul. 1. Eccl. 4. Eſth. 5. Daniel. 7. Eſra. 10. prout videre eſt è לוח סדרי התורה ונביאים וכתובים על פי המסרה Bibliis majoribus præfixâ. At à cæteris Hebræis communiter ſubdiſtinguitur in 54. פרשות *Sectiones*, vel סדרים *Ordinationes*, tribus Majuſculis פפפ vel ססס (ſemel etiam, ſub finem Geneſeos uno minuſculo ס) notari ſolitas, & à primâ textus voce, vel illarum maximè Emphaticâ denominatas. Unde בראשית שמות ויקרא במדבר דברים accuratè loquendo mihi potius Paraſcharum, quàm Integrorum *librorum Nomina*, contra vulgatam opinionem videntur. Debebant, ad noſtri Calendarii rationem, eſſe ſaltem 52. pro numero Hebdomadûm. at illi 12. lunationibus Annum metientes, ad Intercalarem ſuum reſpexerunt, qui Integro Menſe abundat. In vulgaribus ergò Annis oportet bis binas breviſſimas conjungere, &c. Et hæc Diſtinctio non Novitia eſt, à noſtratibus Judæis recens introducta, nec tamen, ut circumciſum vulgus opinatur, ab ipſo Moſe profecta, ſed olim ab Eſdrâ & Sociis ſic ordinata, ut inſerviret Lectionibus Sabbathinis per totum Anni curriculum. Unde nec primitivæ olim Eccleſiæ, mos iſte legendi ignotus erat. Act. 15. v. 21. Moſes jam tunc ab antiquo in Synagogis, per ſingula Sabbatha lectus dicitur. Durat iſta conſuetudo adhuc dum hodie, ut non facilè ſit vetulus aliquis Judæus, qui propter continuam hanc & quotannis repetitam lectionem, non memoriâ teneat, præcipuas leges Moſaicas & verba plerumque formalia. Hæc enim toties iterata, quomodocunque etiam intellecta fuerint, vel tandem hærere oportet. Quemadmodum apud noſtrum vulgus, nemo ferè tam Rudis eſt, qui licet omnem reliquam ignoret Scripturam, Evangelia tamen, diebus Dominicis explicari conſueta, ob frequentem uſum & annuos recurſus non ſciat: Ita Judæorum

etiam Pueris & Fœmellis Moſes in ſuâ linguâ notus eſt, plus quam ullus Prophetarum. Nam & Septimanas à פרשה Lectione Sabbathina denominant, ſicut nos Dominicas Invocavit, Reminiſcere, Oculi, Lætare,&c. ab Antiquo Introitu. ſicq; in clauſulis literarum tempora diſtinguunt. Tandem ut noſtris Evangeliis, quidam Paulus Diaconus, Apoſtolicas adjunxit Epiſtolas; ità illi Paraſchis certas הפטרות Haptharas, (à *Dimiſſione* populi dictas) coordinarunt. factum hoc eſt tempore Antiochi hoc eſt, Annis ante Chriſtum plus minus 170. quando Tyrannus ille Lectionem Moſaicam inhibuerat. Et ut ſpeciatim ſciri poſſit, quæ Haphthara cui Paraſchæ congruat, appenſus eſt pleriſque Bibliis peculiaris Index, qui hoc diſtinctè monſtrat. Tandem quid in ſubdiſtinctionibus Paraſcharum, Minuſcula פ vel ס ſolitariè poſita notent, infra ſuis locis dicetur.

II. DE THARGUM.

ſive Textu Chaldæo

(1) in genere. (2) in ſpecie de Onkelo. (3) Ionathâ. (4) ejus Paraphraſi in Pentateuchum. (5) cæterorum Targumim Authoribus.

1. Thargum in genere nihil aliud eſt, quàm Bibliorum in certam Linguam converſio. à Radice תרגם quæ *Interpretari* ſignificat. Quia verò in populo Dei non alia olim quàm Chaldaica extabat verſio, ideò illa κατ' ἐξοχὴν & in ſpecie תרגום *Thargum* denominata fuit. Occaſionem huic Tranſlationi præbuit Mutata populi Lingua. Quorum enim Patres ante Captivitatem puro colloquebantur Hebraiſmo, illi in Babylone, contagio peregrinæ Linguæ Suam adeò infecerunt, & ſeptuagennali uſu ſic transformârunt, ut poſt reditum priſtina ejus facies vix amplius agnoſceretur, adeoque corrupta hæc deinceps vernacula evaderet. Et ea ipſa eſt, quam Chaldaicam voscamus.

camus. de quâ Elias in præfatione ſui Methurgeman hiſce memorabilibus verbis ſcribit : א רבותינו ז"ל שלשה
דברים לא שנו ישראל במצרים שמותם ומלבושם ולשונם.
וכן כשהיו בארץ ישר' ולא היו יודעי לשון ארמי. כי אם
יחידים העומדים בחצר המלך. והראיה מדברי רבשקה. וכשגלו
מעל אדמתם לבבל שכחו הלשון מכל וכל ככתוב בס' נחמיה.
ואף החכמים ויודעי התורה עיקר למודם היה בלשון בבלי. גם
בו חובר התלמוד הבבלי. *Dicunt Magiſtri noſtri. p. m. Tres res non mutarunt Iſraëlitæ in Ægypto: Nomina, Veſtes & Linguam ſuam. ſic etiam dum adhuc erant in terrâ Iſraël, nondum callebant linguam Aramicam; niſi ſingulares quidam, verſantes in Aulâ Regis. prout apparet è verbis Rabſacæ. Eſa. 36. poſtquàm verò migrârunt è Regione ſuâ in Babylonem, obliti ſunt Linguæ omnes omninò. ſicut ſcriptum eſt Nehem. 13. adeò ut etiam Sapientes & gnari legis, fundamentum doctrinæ ſuæ ponerent in Linguâ Babylonica. in quâ & adornatum eſt Thalmud Habbaſeli.* Quamvis autem Hebræam non planè dedidicerint, præſertim literati & ſcribæ, adeò ut noviſſimi vates, Prophetias ſuas Anteceſſorum ſtylo adhuc emendatè ſcripſerint. (quemadmodum nec Romana Lingua in Italicam ſubitò tranſmutata eſt, ſed etiam poſt Barbarorum Irruptiones ſemper aliqui Doctiores, nativum & jam collapſum Latinitatis decus affectârunt & reſtaurarunt.) In ſacris tamen Congreſſibus, major Multitudinis & rudis popelli ratio fuit habenda. Ut ergò promiſcuum quoque vulgus haberet S. Scripturam ſibi Intelligibilem, adornata ſunt Chaldaica Thargumim, in pleroſque libros Biblicos; Nempe omnes, præter Danielem & Eſdram, qui jam ante Semichaldaici ſunt : & præter libros paralipomenon recentiſſimè ſcriptos, qui dudum in libris Regum explicati erant. Sed nec ab uno Authore, nec iiſdem Temporibus adornata ſunt : prout tum ex Styli differentiis, tum ex Synceritatis gradibus, tum denique ex ipſius Paraphraſeos Anguſtiâ & prolixitate apparet, & infrà in parti-

particulari fuſius declarabitur. Hoc autem certum eſt, ſi non omnes, pleraſq; tamen verſiones Chaldaicas cæteris quæ extant', nominatim verò noſtrâ Græcâ & Patribus primitivæ Eccleſiæ, adeoque ipſis Apoſtolis Antiquiores eſſe. Id quod ultra totius Judaicæ Gentis conſenſum, inſuper vel è ſolâ Paſſione Dominicâ probo; ubi Salvator noſter in cruce pendens, non ex Hebraico Pſalterio עזבתני ſed ex Chaldaico שבקתני σαβαχθανί Exclamaſſe Matth. 27. cap. v. 46. legitur; ſicq; Thargum ſuis fidelibus quaſi dedicaſſe. Ut taceam nunc Lectionem ejus Sabbathinam, in Synagogâ habitam, & Luc. 4. relatam, quæ certè nec cum Hebræo neque Græco textu noſtro congruit. Unde mihi probabiliſſimum evadit, fuiſſe ex aliquo tunc extante & vulgo intelligibili Thargum recitatam. Utut ſit, commendatur certè lingua Thargumica etiam non leviter exinde, quòd in ipſo contextu Hebræo aliquoties, nempè in Lege Gen. 31. in Prophetis Jer. 10. In Hagiogr. Dan. 2. uſurpatur. Unde motus Ribbi Schemuel Bar Nachmoni in Bereſch. Rabb. monet: אל תהי לשון ארמית קלה בעיניך. שמצינו בתורה ובנביאים ובכתובים שה״קבה חולק לו כבוד׳ *Nè ſit lingua Aramica vilis in oculis tuis; Invenimus enim in Lege & Prophetis & Hagiographis, quòd Deus Opt. Max. ipſemet impertierit ei bonorem, &c.* Sed hîc mirari ſatis nequit Cl. Helvicus, quâ oſcitantiâ Patres id neglexerint, adeò ut nè ipſum quidem Thargumi Nomen ullibi in omnibus illorum voluminibus reperiatur. Præſertim verò cur B. Hieronymus, cui tot de verſione ſuâ lites motæ erant, ejus pro ſe non meminerit unquàm? vel Origines, qui Hexapla primùm, deinde Octopla (h. e. tot Columnarũ Biblia, ex Hebræo textu, primò ſuis deinde alienis literis exarato, & variis Græcis verſionibus, è Regione poſitis, conſtantia) confecerat, tàm alto id prætererit ſilentio? Factum id eſſe putat. 1. Authoritate nimiâ Græcarum verſionum quæ tunc ob ampliſſimum Linguæ uſum apud omnes vulgò receptæ erant, Imò Hebraicæ veritati præferebantur. teſte Auguſt. Epl 10. Ita ut inde Latinam corrigendam cenſerent. 2. Ignorantiâ Chaldaiſmi, quem pauciſſimi callebant. 3. Præcipuè verò Aſſiduitate

tate perſecutionum, quibus preſſis non licebat huic Studio vacare. Hic porrò non abſque cauſsâ quæritur: Num hæ quas hodie poſſidemus, Chaldaicæ verſiones adhuc dum ſint Incorruptæ? nec vel Judæorum Invidiâ, vel Injuriâ Temporum adulteratæ? Ad quæ diſtinctè reſpondeo. 1. Judæos, quantumvis diro adverſus Chriſtianam veritatem odio flagrent, hincque omnem Thargumi uſum nobis negatum unicè cupiant, ſuâ tamen ſive religione quadam, ſive mavis Superſtitione ductos, quàm diligentiſſimè ſacros libros cuſtodire; ſicque æterni exitii metu cohibitos, non audere quicquam, nè tantillulum quidem in Thargum immutare, non ſecus atque in ipſo Codice Hebræo, cui Chaldæum prorſus exæquant. Præterea ſatis id loquuntur illa dicta, quæ exinde magno numero depromimus, & contrà Judæos urgemus. ſi quid inde mutare fas eſſet, hos certè oculorum ſudes, præ omnibus ejeciſſent, præſertim quæ Rabbinis ſuis maniſeſtè interdum contradicunt, dudum eraſiſſent. 2. Quod verò Temporum Injuriam attinet, fateor ſanè, nulli unquam librorum extra Hebræum Codicem, hanc felicitatem contigiſſe, ut poſt tot Seculorum decurſus, tot Imperiorum Ruinas, tot librariorum tranſcriptiones, Integer & purus qualis ab ipſo Authore ſuo profectus eſt, ad nos uſque pervenerit, cúm Senium etiam Saxis, ut Poëta inquit, Marmoribuſque vel tandem veniat. Proinde nec dubium eſſe, quin id Chaldaicæ quoque Paraphraſi, inter tot Judaicæ gentis Exilia contingere potuerit. Quam ſuſpicionem auget iſta diverſa Eſaiæ Lectio ſuperius tacta: eamque prorſus confirmare videtur, Triſhagium illud, Sanctus Pater, Sanctus Filius, Sanctus Spiritus S. olim (teſte Galàtino lib. 2. cap. 1.) in Thargum ejuſdem Eſaiæ cap. 6. lectum. quod hodie ſecus eſſe, nemo ignorat. Et quid multis? abundè probat eam creberrima Lectionis Varietas, quæ eſt inter diverſas Editiones, etjam Ejuſdem Thargum, ô quoties Regium Exemplar à Veneto diſcrepat? quoties Baſileenſe ab utroque? prout ex Infinitis ferè locis patet. Quæ differentiæ omnes ſunt ex Defectu Maſoræ, quà Thargû caret. aliàs æquè Integrum, ac ipſamet Biblia, ad nos uſque propagari potuiſſet. Innuente Eliâ. p. 8. b. oct. He Maſor. לולי באו כבר נעשות התירה כשתי תורות· ולא היו שני ספרי' מסכימו' יחד· כאשר קרה לביאר ספרי המחברי' ולתרגום אונקלוס: *Niſi veniſſent (Maſoretha) dudum facta eſſet Lex quaſi duæ Leges, nec eſſent bina Exemplaria, quæ congruerent invicem; ſicut accidit cæteris libris Authorum, & ipſi etiam* THARGUM *Onkelos, &c.* Sed de ſingulis Thargumim in ſpecie, dicetur Diſp. ſeq.

DISPV-

DISPUTATIO SECUNDA

Habenda ſub finem Martii 1621.

RESPONDENTE

M. JOHANNE VISCHERO, AMBſtelrodamenſe Batavo.

2. PRimum Thargum eſt Onkeli, in ſolum Pentateuchum, de quo in Maſſichta Megilla cap.1. fol.3.a. mox ab initio legitur: תרגום של תורה. אונקלוס הגר אמרו מפי רבי אליעזר ורבי יהושע: *Thargum quod eſt Legis, Onkelos proſelytus adornavit illud, ex ore Rabbi Eleaſari, & R. Joſue.* Id in Veneta & Baſileenſi Editionibus, textui ſacro ad latus collocatur, in Regiâ verò ſubjicitur. & verbum ferè verbo reddit, adeò ut ſub iiſdem Hebræorum Accentibus, inſtar ipſius Authenticæ legis decantari poſſit; niſi ubi interdum plura liberioris Paraphraſeos verba, vinculis Macceph unita, longioris Melodiæ ambitu ſonanda ſunt, & eâdem quaſi chordâ aliquandiu oberrandum. Propter aſtrictos hoſce ſuos numeros, & anguſtos verbalis verſionis carceres, hoc Thargum cæteris eſt facilius: proinde Incipientium ſtudiis accommodatius. Præſertim poſtquam Cl. Buxtorfius, Amicus & Fautor meus honorandus, &c. illud à deformitate priſtinæ punctationis, infinitis ferè locis vindicavit, & Herculeo ſanè labore, ſed felici ſucceſſu, ad Da-

nielis & Eſdræ Analogiam correxit. Antea enim planè *ἀνομάλως καὶ ἀνορθογράφως* punctatum erat. id quod & Elias olim agnovit, in præf. ſui Methurgeman ita ſcribens: בלי ספק המתרגמים כתבו תרגומים בלי ניקוד · ואח"כ · והראיה הנוסחאות הישנות מאד · אחר כך זמן רב נִנקדו על יד יחיד או רבים אנשים בלי שם · כל אחד כרצתו · על כן יצא משפטך מעוקל · *Procul dubio Interpretes ſcripſerunt verſiones ſuas* ABSQUE *punctis. Et mox: demonſtrant id Exemplaria valdè vetuſta. longo poſt tempore demum punctatæ ſunt, per manum unius aut alterius Anonymi. à ſingulis pro Arbitrio ſuo. propterea exorbitavit judicium eorum à Temone, &c.* Buxtorfio igitur, hoc Augiæ Stabulum perpurganti, plurimùm debemus. Utinam verò promiſſa in illud Commentaria maturaret, nec quorundam Ingratitudine Alacritatem ſuam diutius retundi pateretur! Et ſi enim præſens, hoc nimis ſecurè negligat ætas, doctior tamen ſecutura olim agnoſcet. Sed redeo ad Onkelum. Is quibuſdam ob Soni 1.
Nominalis Affinitatem putatur fuiſſe Patrum ille AQUILA Ponticus, Author celebris quondam verſionis Græcæ. At noſter Paraphraſtes 1. non Græcè ſcripſit, ſed Chaldaicè. 2. nec Chriſtianus erat nomine, quippe hoc Titulo Antiquior, ſed Judæus. 3. fortaſſe etiam ἀξεῖνος in εὐξείνῳ ponto. 4. olim Hieroſolymis vixit ante Chriſtum ſub Hillele; non poſtea demum ſub Impp. Hadriano & Antonino pio. Alii confundunt eum cum עקילס 2.
Akilas qui & ipſe Proſelytus erat, cujuſdam Thargumi author, quod in Bereſchit Rabba paſſim citatur, hactenus verò injuriâ temporum intercidit. At 1. Ingens eſt diverſitas nominum עקילס & אונקלוס tàm ratione ſcriptionis quàm pronunciationis. vnde 2. diſtincta utriuſque fit mentio paſſim. 3. Akilas ille Hagiographa & Prophetas vertit, ut ex allegatis locis (prov. 12. Eſa. 3. &c.) apparet: Onkelos noſter legem. Tertii exiſtimant eum 3.
fuiſſe Imperatoris Titi ex Sorore Nepotem, qui poſt Ex-

cidium

cidium Urbis factus eſt Proſelytus. Qua in opinione fuit ipſe quondam Elias Levita, alioquin perſpicaciſſimus harum Antiquitatum Indagator. In ſupra dicta præfatione ita inquiens : אונקלוס היה בן אחותו של טיטוס שחרב הבית: *Onkelos erat Filius Sororis ipſius Titi, qui demoliebatur Domum (Sanctuarii.)* At neque hoc verum eſſe convincit rurſus Temporum diverſitas. ut enim Cæſari cognominem fuiſſe Agnatum largiar, qui & ipſe Judæorum Synagogæ ſeſe applicuerit; noſter tamen Onkelos, multò citius in Eccleſiæ gremium receptus eſt, nempe ſub Hircano, Annis circiter 40. Ante Chriſtum natum. adeò ut etiamſi maximè longævus fuiſſe ſtatuatur, vix tamen ad Templi vaſtationem uſque supervixiſſe credi poſſit. Relinquitur ergò, quod ſit ille Onkelos, qui Salvatori noſtro JESU Nazareno coætaneus erat, & Rabbano Gamalieli Seni (ad cujus pedes Apoſtolus Paulus Phariſaiſmũ didicit.) 18. Annis ante Urbis Incendium defuncto, Juſta feciſſe legitur, 70. Thuris libras honoris ergò in ipſius Buſta inſumẽdo, & pro more gentis ſuper ejus Cadaver comburendo.

3. Alterum Thargum Jonathæ Uzielis Filio tribuitur. de cujus tamen Authoris perſonâ iterùm diverſæ incidunt opiniones. Qui Thargumi Ignorantiam in patribus negant, illi contendunt fuiſſe ipſum Theodotionem, alterum illum celebris Græcæ verſionis Architectum: eò quòd amborum nominum Etymologiæ prorſus coincidant. Quod enim Hebræis eſt יָה נתן id Græcis Theodorus vel Theodotion, & Latinis Dei Donum. At infirmiſſima eſt concluſio, ex ſolius Nominis qualicunq; Alluſione deducta. ſic & Imperatori Theodoſio aſcribendum foret. Nè longius priora hìc Argumenta denuò repetam, quibus Aquilam inde abegi, & hinc Theodotionem ſimiliter arcere poſſem. Relinquitur ergò, veriorem eſſe ſententiam Judæorum, qui magno eum conſenſu omnes Hillelis (40. ætatis ſuæ Anno è Babyloniâ Re-

ducis, & deinceps per totidem Annos in Univerſitate Jeroſolymitanâ Doctoris, per alios denique 40. Annos 480. Collegiorum ejuſdem Academiæ Rectoris) Diſcipulum faciunt, & quidem inter 80. celeberrimos Summum, ut mox dicam. ſicque Simeonis Juſti (illius qui ab Evangeliſtâ Chriſtum Infantulum ulnis ſuſcepiſſe memoratur) Condiſcipulum; & conſequenter Johanne Baptiſtâ, novi Teſtamenti prodromo, benè multis Annis omninò Antiquiorem. De quo Elias in præfat. Methurg. יונתן בן עוזיא״ל תרגם להם שמונה נביאים · וא״חכ · הוא היה מתלמידי הילל שהיה כמו מאה שנה קודם חרבן הבית: *Jonathas F. Uzielis, interpretatus eſt eis Octo Prophetas. Et mox: Ille erat è Diſcipulis Hillelis; qui claruit Centum quaſi Annis ante vaſtationem Domus.* Eum Judæi ſemper fecerunt maximi, nominatim verò Magiſtro Johanni filio Zachæi, quantumvis doctiſſimo, longè prætulerunt, adeoque prodigioſis, ut ſolent, Hyperbolis, ſupra Mortalium ſortem, ad Cœlos uſque evexerunt. Verba illorum formalia, quæ in Talm. libr. Bav. Bathr. cap. 8. pag. 134. facie a. poſt medium leguntur, hæc ſunt: תנו רבנן שמונים תלמידים היו לו להלל הזקן · שלשין מהן ראוים שתשרה עליהם שכינה כמשה רבינו ע״ה · שלשים מהן ראוים שתעמוד להן חמה כיהושוע בן נון · עשרים בנוניים · גדול שבכולן יונתן בן עוזיאל · קטון שבכולן רבן יוחנן בן זכאי: *Tradunt Magiſtri noſtri, quòd Octoginta Diſcipuli fuerint ipſi Hilleli Seni. Triginta ex illis digni, ut habitaret ſupra eos Spiritus S. ſicut ſupra Moſen Præceptorem noſtrum, qui eſt in pace. Et 30. ex illis digni, ut ſtet ipſis Sol, ſicut Joſuæ filio Nun. Viginti Mediocres. Maximus qui in omnibus illis, erat Jonathas F. Uzielis. parvus qui inter omnes illos, Rabban Jochannan filius Zaccai.* Hunc ergò Jonatham, utpote omni Laude Majorem, non directis ſed obliquis Encomiis commendant, Arguendo à Minori, ut loquimur, ad Majus, & cum Zaccaide ipſum conferendo: qui licet omnium minimus, profundiſſimè tamen doctus fuerit,

adeò

adeò ut de ſemetipſo (Judaicâ nempe Modeſtiâ, ſub ſpecie tamen laudum ſui Præceptoris) prædicaſſe legatur, Maſſicht. Sopherim. cap. 15. Halach. 8. אם יהיו כל השמים יריעות וכל האילנות קולמוסין וכל הים דיו אין כדי לכתוב את חכמתו שלמדתי מרבי (הלל) ולא אצלתי מחכמת חכמים אלא כשם שזבוב הזה הטובלת בים הגדול ומשהו מחסרה. *Si eſſent univerſi cœli Cortinæ, omneſque Arbores Calami, & totum Mare Atramentum, non ſufficerent ad ſcribendum Sapientiam ejus, quam didici à Magiſtro meo (Hillele) nec tamen propterea tranſcendi omnem Scientiam Sapientum, ſed ſum inſtar Muſcæ illius vaſto Oceano immerſæ, quam (utcunque Madidam) extraxerunt abſque defectu (Maris.)* Sed redeamus ad ipſam Baſam Bathram, ubi citato loco immediatè in eundem ſenſum ſequitur: אמרו עליו על רבן יוחנן בן זכאי · שלא הניח מקרא ומשנה · תלמוד הלכות והגדות · דקדוקי תורה ודקדוקי סופרים · קלין וחומרין · וגזורות שוות · ותקופות · וגמטריא · ומשלות כובכים · ומשלות שועלים · שיחת שדים ושיחת דקלים · ושיחת מלאכי שרת · ודבר גדול ודבר קטון · דבר גדול מעשה מרכבה · דבר קטון הווא דאביי ורבא · לקיים מה שנאמר · להנחיל אוהבי יש ואוצרותיהם אמלא · וכי מאחר דקטן שבכולם כן גדול שבכולן על אחר כמה וכמה: *Dixerunt de illo Rabbano Johanne filio Zacchai, quòd non vacârit à ſtudio Textus Sacri & Miſchnæ; Thalmud, Conſuetudinum (Moſis è Sinai) Myſteriorum (quales ſunt Agaddæ & Medraſche-Paſuk in Tanchuma & Ber-Rab.) Minutiarum (Subtilitatum) Legis & minutiarum Scribarum, Levium & Gravium (ſi quis ſecum à Minori ad Majus argumentatur) & deciſionum à pari, & revolutionum (Aſtronomicarum in Calendario. Gloſſator ait Molad Halleſanah, hoc eſt, noviluniorum) & Geometriæ (non Euclidéæ ſed illius Cabaliſticæ quæ fit per Numeros) & proverbiorum Fullonum, & Adagiorum Vulpinorum (puto fuiſſe Fabellas, quales noſtræ ſunt Æſopicæ de Vulpibus, &c. extat enim etiamnum peculiaris Libellus hujus Tituli.) Converſationum cum Geniis (Scholiaſtes explicat* שיחת שדים להשביעם לעשות קמיע לרפואה *ad Adjurandum*

 illos

illos, & faciendum Schedam Experimentalem, hoc eſt, Amuletum pro Sanitate) & Meditationum de Dactylis (quales Salomo ſcripſiſſe dicitur) & Soliloquiorum cum Angelis Miniſterialibus. Rei Magnæ & rei parvæ (Myſtici & literalis Senſus.) Res Magna eſt opus Mercafa (currus Ezechielis) Res parva, exiſtentia Abiæ & Rabbæ. Ad confirmandum id quod dictum eſt, (Prov. 8. 21.) ut hæreditare faciam Amatores meos Subſtantiam, & Theſauros eorum impleam. Sic ergò, poſtquam ille qui minimus eſt inter omnes illos, tàm Magnus: Is qui inter omnes fuit ſupra cæteros, Quantus & Quantus erit? Hæc ibi. Ille igitur Jonathas Uzielides is ipſus eſt, cui Thargum in Prophetas abſque controverſiâ ferimus acceptum. Ubi certè infinitos Locos de Meſſiâ obſcurius loquentes, clariſſimè & prorsùs Chriſtianè explicavit: Teſtimonium ipſi perhibentibus quàm plurimis etiam Noſtrum. At longè Mirabiliora Judæi de ſtudiis ejus & hujus Paraphraſeos Editione narrant: quòd tempore verſionis, quando Meditationibus tàm ſacris vacârit, nè Muſca quidem ipſi Moleſta eſſe Impunè potuerit, quin Divinâ ſtatim ultione extincta fuerit. Verba cohærent ſuperioribus, & ſunt; אמרו עליו על יונתן בן עוזיאל בשעה שיושב ועוסק בתורה כל עוף שפרח עליו נשרף: *Dicunt de illo Jonatha F. Uzielis, quod horâ quâ ſederit & ſtuduerit in lege, omnis Avis, quæ volârit ſuper eum, combuſta fuerit.* Quæ, monente adm. Rev. & Dign. V. Dn. D. Lucâ Oſiandro, Acad. noſtræ Cancell. Eccleſiæque Præpoſito, &c. harum litterarum, ut omnium, Avitâ hæreditate periſſimo, ab Hiſtoricâ veritate ſecernenda eſſe cenſemus. Illud verò plus adhuc admirationis, minus tamen veriſimilitudinis habet, quod de Terræ-motu, & Revelatione divinâ ipſi factâ, Thalmudiſtæ, lib. Megill. cap. I. pagin. 3. facie. a. mox ab initio tradunt hiſce verbis: תרגום של נביאים יונתן בן עוזיאל אמרו מפי חגי זכריה ומלאכי ונזדעזעה ארץ ישראל ארבע מאות פרסה· על ארבע מאות פרסה· יצתה בת קול ואמרה· מי הוא זה שגילה סתריו לבני אדם · עמד יונתן

יונתן בן עוזיאל על רגליו ואמר · אני הוא שגיליתי סתריך לבני אדם · גלוי וידוע לפניך שלא לכבודי עשיתי ולא לכבוד אבא · אלא לכבודך עשיתי שלא ירבו מחלוקת בישראל: *Thargum quod eſt Prophetarum, Jonathas Filius Uzielis dixit illud, ex ore Haggæi, Zachariæ & Malachiæ. Et commota eſt Terra Iſraël quadringentis Leucis, & ex intervallo tot leucarum Exivit filia vocis & dixit: quis eſt ille qui revelavit Arcana mea filiis hominum? Aſtitit Jonathas F. Uzielis ſuper pedes ſuos & dixit: Ego ſum ille, qui manifeſtavi Secreta tua filiis hominum. Apertum & notiſſimum eſt coram te, quòd non ad Honorem Meum fecerim, nec in honorem patris, ſed ad Honorem Tuum feci, ut nè multiplicarentur diſceptationes in Iſraël.* Et hæc de verſione ejus in Prophetas. poſt cujus Editionem ajunt ipſum Hagiographa quoque interpretari aggreſſum eſſe, ſed divinitus prohibitum abſtinuiſſe: eò quòd non decuerit omnia Theologiæ Arcana ſimul prodere, ſed abſtruſiora diebus Meſſiæ reſervare. Verba ſuperioribus cohærent, & ſunt: ועוד ביקש לגלות תרגום של כתובים · יצתה בת קול ואמרה לו · דייך · מאי טעמא · משום דאית ביה קץ משיח. *Et amplius quæſivit revelare Thargum Hagiographorum. Exivit Filia vocis & dixit ei: ſufficit tibi! Qua ratione? Idcirco quòd in eo finis Meſſiæ (hoc procul dubio & aſtipulante etiam Hebræo Scholiaſte de Excidio Chriſti in Daniele prædicto accipiendum.)* Quæ Germanus noſter E. Levita, in ſæpè laudatâ præfatione, paulò aliter recitat, ideò huc quoque tranſcribo: בא אליו קול מן השמים לאמור · לא די לך שגלית סתרי הנביאים · ותרצה לגלות סתרי רוח הקודש · לכך חדל לתרגם את הכתובים. *Venit ad eum vox de cœlo dicens: Annon tibi ſufficit prodidiſſe Myſteria Prophetarum? vis etiam proſtituere Arcana ipſius Spiritus Sancti? unde motus deſtitit à verſione Hagiographorum.*

4. Porrò graviſſima hic incidit Quæſtio: An Thargum illud in Legem, quod auguſto ejuſdem Jonathanis nomine gaudet, ipſi verè tribuatur nec ne? Multi non ſine cauſsâ dubitant. Nam. 1. recenter admodum, adeòque

que noſtrâ demum ætate, ſcilicet ante Annos plus minus triginta Venetiis è quodam M. Scr. codice, primùm in publicam lucem eſt editum, & inde hactenus Baſileæ, noviſſimè verò Hanovii quoque in 8. Majori, è regione cæterorum Thargumim recuſum. Superioribus autem ſeculis vel nemini vel paucis ſaltem cognitum, ipſique adeò Eliæ, horum cupidiſſimo ignoratum. 2. Illi Thargum Prophetico, quod ſine contradictione omnes Jonathæ aſcribunt, omninò diſſimillimum in ſtylo. illud enim arctum eſt verbiſque ſollicitè aſtrictum, potius Metaphraſis appellandum; hoc verò prolixum, & inſtar juſti commentarii latiſſimè interdum diffuſum, veriuſque dicta Paraphraſis. 3. plurima paſſim adjuncta habet Fabuloſa, Judaicas ſuperſtitiones redolentia: quale ſtatim Geneſ. 1. verſ. 16. eſt illud de humiliatione Lunæ: נהוריא רברביא. הוון שווין באיקרהון עשרין וחד שנין · ומן בתר כן סיהרא אזערת · וכו · *quòd Luminaria Magna, extiterint Æqualia in præſtantiâ ſuâ viginti & uno Annis: ſed poſtea Luna fuerit Imminuta.* Prout hæc infra ſuo loco accuratius examinabuntur. Quæ ſanè Nugæ, ſatis in hoc Thargum frequentes, tanti Viri gravitate videntur Indignæ. & 4. quod potiſſimum eſt, quarundam rerum meminit, quæ omninò recentiores ſunt, & poſt Magni illius Jonathani tempora demum natæ. Ut Thalmud; cujus recordatur. Exod. 26. 9. שית ורועין לחוד כל קבל שית כדרי · מתניתא: *Sex Aulæa ſeorſum: juxta Sex ordines Miſchnæ (Textus Thalmudici, in tot partes diſtributi.)* Item Conſtantinopoleos, cujus mentionem facit Num. 24. v. 19. ויקום שליט מדבית יעקב ווביד ויצי שיזבותא דמשתייר מן קושטינטיני קרתא חייבתא ויצדו ויחרוב כרכא מרודא וקיסרין תקיף קרווי עממייא: *Et ſurget Imperator è Domo Jacob, & perdet atque exterminabit reliquias, quæ ſuperſunt de Conſtantinopoli, Urbe renovata, & vaſtabit atque diruet Arcem rebellem, & Cæſaream fortem, urbes populorum.* Quæ omnia certe Uzielis filio

Juniora

Juniora ſunt. Proinde hoc Thargum Suppoſititium, illius Nomine falsò ornatum eſſe arguunt. Quomodo & Buxtorfius ſentire videtur. Contrà Judæi, & cum illis nuper Helvicus noſter, id verè Jonathano tribui exiſtimant; Argumenta ejus videntur hæc eſſe. 1. Primò quamplurima pro Nobis Chriſtianis, & Adverſus recutitos illos facientia, paſſim affert; quæ nec ipſi Ignorant, nec perfidus aliquis Apella poſt-Thalmudianus inſeruiſſet, ſi quis ejus Author extitiſſet. Quale (ut unum hîc è plurimis afferam) eſt inſigne illud ſtatim in frontiſpicio Gen. 1. v. 2. רוח רחמין מן קדם ויי מנתבא על אנפי מייא: *de Spiritu Miſericordiarum, qui eſt ab-ante* DOMINUM, *flante ſuper faciem Aquarum.* & alia Multa, ſuis infrà locis adducenda. 2. Hieroſolymitano Thargum ſæpiſſimè conſonat in ipſis quoque formalibus verbis. E. G. in modò allegato textu. At illud ſine tergiverſatione dudum recepimus: quid igitur de pari trepidamus? diverſum laturi Judicium! 3. Quis nobis perſuadebit, Jonatham à Prophetis (quorum tamen in illo populo ſemper minor habita fuit ratio) potius quàm à Lege, frequentiſſimi uſus libro, quotidie recitari ſolito, Interpretationis ſuæ Exordium ſumpſiſſe? Præſertim cum Onkelon, alterum Legis Paraphraſten, tempore Juniorem fuiſſe, ſicque ſerius ſcripſiſſe, omnium conſenſu conſtet. Quod Argumentum Elias, Ignorans tamen & vel Invitus ſuppeditat. Sed audiamus, quid Helvicus cum Judæis, ad objecta ſuperiora reſpondere poſſit. 1. Non ſequi; Codex aliquis nuper typis primùm divulgatus eſt, ergò antequam ederetur in lucem, planè non, ullibi locorum extitit! quot enim hujus generis libros nondum publicatos citant Mirandulanus, Galatinus, Morneus, &c. adeò ut de fide illorum Increduli quidam ſubdubitare cœperint. quotnam putas adhuc paſſim in Bibliothecis, nominatim verò Palatinâ latitare, qui Solem nondum aſpexerunt? Erat hæc olim

ante natas Germanorum Artes, omnium Thargumim (Excepto ſolius Onkeli) communis ſors, prout ipſemet Elias in præfat. ſui Methurg. ultrò fatetur. קודם שנמצאה מלאכת הדפוס לא היו נמצאים תרגום נביאים וכתובים כי אם אחד במדינה ושנים באיקלים· לכן לא היה מי שהשגיח בהם· אבל תרגום אונקלוס תמיד נמצא לרוב· וזה מפני שחייבים אנחנו לקרא בכל שבוע הפרשה שנים מקרא ואחד תרגום· *Antequam inveniretur Ars Typographica, non extabant Thargum Prophetarum & Hagiographorum, niſi vel unum in Provinciâ, vel adſummum duo in univerſo Climate. Propterea nec quiſquam erat, qui ea curaret. At Thargum Onkeli ſemper repertum eſt affatim. & hoc ideò, quia nos obligati ſumus, ut legamus quavis Septimanâ Paraſcham bis, ſemel in textu, & ſemel in Thargum.* Acceſſit huic defectui lividiſſima Judæorum Invidia, ſuperius etiam tacta; à quibus nè Biblia quidem haberemus, niſi Ignaviam eorum, poſt præclarum illud Typographicæ Multiplicationis Compendium, tàm laborioſæ Deſcriptionis dudum piguiſſet. Et quid multis? evidentiſſimè priſcam ejus Exiſtentiam probant tot vetuſtæ Allegationes, primâ editione pluſquam ſeculo Antiquiores. Nominabo ſaltem binos, qui tamen ſint inſtar omnium. E Judæis unum; is eſt celebris ille Rib. Menachem de Rakenat, cui Elias, citationis hujus non ignarus ideò fidem adhibere dubitavit, quòd rationem non videret, quâ inexcuſabili Incuriâ, liber adeò pretioſus, tàm citò intercidiſſe potuerit? Alterum è Chriſtianis; is eſt Petrus Galatinus, lib. 1. de Arc. Cathol. verit. ſub finem cap. 3. & alibi paſſim. quem ſi adhuc diffidis, ipſummet d. l. accede. ſic ſimul de Chriſtianiſſimo libro גלי רזיא *Revelatore Arcanorum*, Rabbini Hakkadoſch, invidè hactenus à cæcâ gente ſuppreſſo, & aliis quibuſdam nobis nondum viſis, nequaquam deſperandum eſſe animadvertes.

2. Negaret ipſam Dictionem hujus Moſaici Thargum, illi Prophetico adeò diſſimilem eſſe. ſiquidem differentia

omnis

omnis in Prolixitate potius & Anguſtiâ ſermonis quâm ipſarum phraſiũ diſcrepantiâ conſiſtat; prout hæc ambo accuratè invicem cõferentibus patet. Nec mirum! diverſa enim utrobique erant Authoris Inſtituta. In Pentateucho, qui totus partim hiſtoriis partim legibus conſtat, facillimum erat aliqua paſſim inſerere, à Majoribus per Kabbalam, hoc eſt, Oralem Doctrinam, continua ſucceſſione accepta, tuncque Senioribus & Scribis nota, quæ vel rei geſtæ circumſtantias ſupplerent, vel divinorum ſtatutorum Mentem, rudi popello plenius exprimerent. At in Vaticiniis, ubi non præterita recitantur, ſed Futura prædicuntur, haud abſque temeritatis & incertitudinis notâ, ſic evagari licuiſſet. Contraxit ergò ſtylum, eumq; Prophetico decoro, iſthâc brevitate ſuâ, pulchrè attemperavit. 3. Majoris ſunt Momenti, quæ de Judaicis Superſtitionibus paſſim admixtis objiciuntur. At quis mirabitur, plurima eos, in Vet. T. Caligine adhuc ignoraſſe? quando κάλυμμα Moſaicum illud velamen, ut Paulus 2. Cor. 3. v. 13. loquitur, eorum cordibus obductum erat. æſtimemus hinc potius noſtram in N. T. felicitatem, qui multa hodie cernimus clariſſimè, ipſis olim Prophetis, utcunque horum avidiſſimis, neque per ſomnium viſa. Luc. 10. 24. præterea quis Oedipus expediet nobis, an hæc ipſa fortaſſe Myſticum, ſub literarum cortice Senſum contineant? cum pleraque V. T. Typis implicita eſſe ſciamus? tandem, quod diſſimulare nequeo, non raræ ſunt ejuſmodi Locutiones, Judaiſmum redolentes, in cæteris quoque Thargumim Prophetarum & Hagiographorum, quæ tamen non propterea faſtidimus, aut ut nova vel ſuppoſititia rejicimus, ſed benignius ad Orthodoxæ fidei Analogiam interpretamur. Sicut nec Patres propterea damnamus, quòd unus Purgatorium affirmavit, alter Pædobaptiſmum negavit, tertius repetitum Matrimonium improbavit, alius in alio Articulo lapſus eſt.

Nec ſcio an quiſquam ideò Thargum caſtrare præſumpſerit; niſi quod hæc verba, ועסיק בעשרין וארבעה ספרין דאורייתא ופתגמי נבואה וכתיבי ובלוליא הוא עסיק בשיתא סדרי משנה: *Occupatur viginti quatuor libris legis, & decretis Prophetiæ atque Hagiographorum, noctu verò occupatur ſex Ordinibus Miſchnæ:* inter prolixam verſ. 10. cap. 5. Cantic. Paràphraſin lecta, & in omnibus Venetis, atque Schrekenfuchſianâ quoque Editione retenta, at Thalmudo plus nimis favere, tùm ipſam quoque Divinam Majeſtatem tangere viſa, à Baſileenſibus in nuperâ Impreſſione omiſſa eſſe reperio: quod tamen Non factum mallem. hinc enim malè audiemus apud Judæos, ut Sacri Textus nefarii Corruptores. neque metuendum fuiſſet, nè quis Noſtrum inde Seduceretur. aut enim ſi Rudis eſt in ſide, non leget hæc Chaldaica, vel ab Hebraicorum ſaltem cogitatione Lipothymiam paſſurus: aut ſi hiſce literis imbutus, contra illarum venena quoque Judicii dexteritate ità præmunitus erit, ut Noxium à Salutari diſcernere ſciat. juxta præclarum illud R. Meir in Thalmudico Codice Chagiga, cap. 2. pag. 15. facie. b. poſt medium: אכל תחלא ושדא שיחלא לברא *Comede Dactylum, & projice Corticem foràs.* Et illud alterum Ibid. poſt pauca. רימון מצא תוכו אכל קליפתו זרק *Malogranatum reperi, Meditullio ejus veſcere, at Putamen ſecernere.* 4. Conſtantinopoleos Mentionem quod attinet, poſſet Iſraëlites aliquis, qui Thargumiſtas Prophetis exæquat, dicere, quòd fatidico Spiritu à Jonathane fuerit prænominata; quemadmodum Cyrus ab Eſaiâ capite 44. verſu 28. antequàm naſceretur, aut Babel à Pſalte, Pſalmo 137. verſu primo priuſquàm illuc migrarent. Unde tamen nemo vel Prophetæ illius vel Pſalterii Novitatem arguat. At quia hæc inconceſsâ hypotheſi nituntur, ideò Helvicus aliter & probabilius reſpondet: nimirùm ſolere Judæos Nomina propria, ad Exilium vel Religionem ſuam ſpectantia, pro circumſtan-

ſtantiarum varietate crebrò mutare, & ſuis temporibus accommodare. idque aliquot Exemplorum fide dignâ Inductione confirmat. Quibus ego de Miſchna illud unicum addo; Mentionem ejus, ſi modò cætera eſſent paria, non obſtituram Antiquitati hujus Paraphraſeos: ſiquidem certò conſtet Traditiones Miſchnaicas ἀγράφους, à Salvatore noſtro aliquoties, (ut Matth. 15. & alibi paſſim) reprehenſas, hoc Jonathâ omninò vetuſtiores eſſe, & Ipſi non minùs quàm omnibus Hillelianis Diſcipulis, (ut ſuprà è Baſa-Bathrâ probatum eſt) notiſſimas; etiamſi Ducentis ferè poſt Chriſtum Annis, tempore nimirum Imp. Antonini, ſub Directorio Rabbi Jehudæ Hannaſi, ab Innocentiâ vitæ Hakkadoſch cognominati, è Memoriâ Seniorum in Schedas primùm collectæ, metuque oblivionis inter tot Exilia, à Compilatoribus ſuis in literas demũ relatæ fuerint. Et hæc hactenus de Controverſiâ illâ, quam Ego non Meam facio, nec Mihi temerè decidendam ſumo, ſed æquo Lectori accuratiùs dijudicandam relinquo. Interim hoc ſolùm addo, cujuſcunque tandem Authoris vel Antiquitatis illa ſit Paraphraſis, plurimùm certè nobis profuturam contrà Judaicos Commentatores, quibus ſæpenumerò expreſſiſſimè contradicit, præſertim cum Vaticinia, quæ illi ad Davidem Salomonem vel alios Mortales pravè detorquent, de unico & ſolo Meſſiâ rectè & prorſus Chriſtianè exponit. prout in progreſſu apparebit. Ubi certè Jonatham Rabbinis, vetuſtum (ipſorum opinione) Recentioribus, Authoritate maximum, hiſce plurimùm humani paſſis, optimo jure opponemus, ut inſtar Davidis alicujus aut Judithæ, ſuâmet illos Machærâ confodiamus.

5. Tertium Pentateuchi Thargum ירושלמי *Jeroſolymitanum*, vel ab Urbe denominatur unde prodiit, vel à Linguâ quâ eſt conſcriptum. Id non continuum eſt, ut reliqua, ſed Interruptum, magnis ſæpè ſaltibus plurima

tranſiliens, alicubi verò diutius, velut per compenſationem immorans. Ejus Author in hunc uſque diem, ipſis etiam Judæis ignoratur. teſte Eliâ præf. Meth. המתרגם ירושלמי שתרגם התורה לא נודע לנו מי היה · אם הוא המתרגם עצמו שתרגם הכתובים או אם הם שני אנשים בזמנים מחחלפים · *Interpres Jeroſolymitanus qui vertit Legem, Ignotus eſt nobis quiſnam fuerit. Num is ipſe Interpres qui vertit Hagiographa? An verò fuerint Duo diverſi homines, temporibus diſtinctis?* Ego eum, quicunq; etiam ſit, cæteris multò Juniorem, adeoq; cognomini, hoc eſt, Jeroſolymitano Thalmud ferè Coævum fuiſſe, arguo partim è rebus quas tractat, partim è verbis. è Rebus quidem, quòd diræ illius Jeroſolymitanæ Famis meminit, levit. 26. v. 29. אי מה בישין אינון חוביא ומה מרידין אינון חטייא דגרמו לאבהתן בירושלם למיכל בשר בניהין ובנתהון : *Nunquid mali ſunt illi delinquentes? eccur rebellant illi peccatores, qui occaſionem præbuerunt Patribus noſtris in Jeruſalem, ut comederint Carnem filiorum ſuorum & filiarum ſuarum.* è verbis verò, quòd Stylo utitur Recentiore, hoc eſt, impuriſſimo & plurium Extranearum vocum admixtione inquinato; qualem Romani Populi Jugum & Barbarorum quoque commercia effecerant. Prout Elias ibid. innuit. תרגום ירושלמי · יש הפרש גדול בינו ובין תרגום הבבלי · וזה · לפי שהוא מורכב מן הרבה לשונות בבלי · ויוני · ורומי · ופרסי · ולזה נמצאו בו הרבה מלשונות האילו · ונראה לי כי התחלת הזאת ההרכבה היתה מיום שמשלו אילו המלכיות בירושלים · ולכן נקרא זה הלשון תרגום ירושלמי · ובו חבר רבי יוחנן התלמוד ירושלמי בקירוב שלוש מאות שנה אחר החורבן : *Ingens eſt Differentia inter Thargum Jeroſolymitanum & Babylonicum. Illud enim abundat pluribus vocabulis Babylonicis, Græcis, Romanis atque Perſicis: quæ omnia magno numero ibi reperiuntur. Videtur mihi Confuſio hæc Initium ſumpſiſſe tempore quo dominabantur Imperia illa Jeroſolymis: propterea etiam vocatur Dialectus illa Thargum Jeroſolymitanum. Illo exaravit R. Johannan ſuum Thalmud-Jeruſchalmi, circa trecenteſimum Annum poſt Urbis*

Exci-

Excidium. Quid ſi Authores ejus numero plures, Collector verò tantùm unus fuiſſe dicatur? Sic Ego quidem ſentio. Neque enim ab initio ſtatim ità mutilatè ſcriptum, aſſeverare audeo; cum in medio ſæpè verſu, Semicompletu Senſu, vel incipere vel deſinere cernam. Sed nec vulgaris ſententia placet, quòd ex uno Integro reſidua ſint Fragmenta. Aliquando enim Eadem Tautologicè repetuntur; quod in unius continui operis ruderibus haud contigiſſet. unde diverſarum potius verſionum Collectanea, & unum, è celebrioribus Thargumiſtis conſarcinatum quaſi Centonem eſſe, probabiliter concludo: quam conjecturam multa Jonathæ congruentia, & nulla certi Authoris mentio, plenius confirmant. Tandem cætera reliquorum librorum Thargumim quod attinet, mei quidem nunc Inſtituti non eſt, ut prolixè de illis diſſeram; qui Commentaria jam in ſolum Moſen parturio. hoc tamen Colophonis loco & obiter addo, Jonathæ Prophetica verè tribui: an autem Hagiographica רבי יוסף סגי נהור *Ribbi Joſeph, lumine caſſus*, ut vulgò creditur, adornarit, nondum certò conſtare. Schem, hoc eſt, Secundum & prolixum illud in Eſther (eſt enim Duplex) videri Antiocho Epiphane & Alexandro M. quorum meminit, longè poſterius: tum illa in Eccleſiaſten & Cantica, Judaiſmum reſipere, proinde cum pugillo orthodoxi Salis haurienda. Sed & omnia in univerſum cautè legenda, nec niſi ubi Analogiæ fidei conformia ſunt, acceptanda. illorum enim Authoritas Humana ſaltem eſt, nec Divina, quorum Authores non Prophetas agebant, ſed Interpretes. Unde etiam de illorum fidelitate Cenſuram Eccleſia meritò ſibi ſumit; nec uno recepto, omnia ſtatim approbat: ſed Chriſtianum Triticum pio Spicilegio demetit, Judaica verò Zizania prudenter evulſa, ſuis Meſſoribus relinquit.

III. DE VERSIONE Græcâ

(1) Vtrum 72. Senes, Vniverſum V. T. interpretati fuerint? (2) an Verſio illa etiamnum hodie extet? (3) quare olim & quomodo ſit adornata? (4) num & Apocryphi ex Hebr. in Græcum tranſlati?

1. Pervulgata inter nos eſt Opinio, quæ Doctiorum quoq; animos intimè pervaſit, quaſi 72. Seniores Judæi, à Rege Ptolemæo in Alexandriam Ægypti olim convocati, Vniverſum Vetus Teſtamentum eidem Græcè verterint; & hæc ipſa verſio adhuc dum hodie extet, interq; manus noſtras verſetur. Vtrumque Erroneum eſt; prout nunc ordine docebo. Primò enim Hebræi Scriptores (qui mentionē Thorah cum Nefiim aut Ketufim nunquàm facilè confundunt) uno omnes ore affirmant, quòd Legem, & notanter quidem loquendo, Moſaicam Legē interpretati fuerint. Maſſicht. Sopherim cap. 1. Hal. 8.

שוב מעשה בתלמי המלך שכנס שבעים ושנים זקנים והושיבם:
בשבעים ושנים בתים ולא גלה להם על מה כנסם · נכנס לכל אחד
ואחד מהם · אמר להם · כתבו לי תורת משה רבכם · נתן המקום
עצה בלב כל אחד ואחד והסכימו דעתן לדעת אחת · וכתבו לו
תורה בפני עצמם: *Alia Hiſtoria, de Tolmai (Ptolemæo) Rege, qui congregavit Septuaginta duos Senes, & collocavit eos in 72. domibus, nec revelavit eis cur convocarit illos; ſed ſeparavit unumquemq; illorũ, dixitq;: ſcribite mihi Legem* Moſis *Magiſtri veſtri. Tunc ſuggeſſit Deus conſilium in corda ſingulorum, ut congruerent ſententiæ eorum in Sententiam unam. exaraverunt ergò ipſi* Legem *quilibet ſeorſim.* Sed nec Temporis plura videtur paſſura fuiſſe Brevitas. Nam ab *αὐτόπτῃ* Ariſtæâ, 72. diebus, ad Perſonarum ſuarum Numeros, hoc penſum abſolviſſe memorantur; quo, tàm Anguſto aliquot dieculárum ſpacio, Amanuenſis illorum græcus Demetrius, vix ſaltem deſcripſiſſet, nedum illi præmeditatè vertiſſent, totum vetus Inſtrumentum: cujus 72.[da] pars, quæ uni diei cederet, non certè minor evadit 14 prioribus Geneſeos capitibus, expedito Scribæ totidem Horis ſat negotii faceſſuris. Sed Mathematicè nunc iſta dimetiri nolo. evidentius conſtringet Incredulos Joſephi Authoritas, in Præfat. Antiq. Judaic. in hæc verba mihi aſtipulantis: *Ptolemæus II. Rex Ægypti, magnoperè contendit Legem noſtram in Græcum eloquium transferri, &c. Eleazar Pont. Regi hanc utilitatem non Invidit. reclamaturus omninò, niſi conſuetudinē haberemus à Majoribus acceptam, res bonas celare neminem, &c. Neq; Verò Totam Scripturam occupaVit ille, ſed LEGEM SOLAM ei tradiderunt Interpretes, qui ob hoc Alexandriam miſſi fuerant.*

2. Unde

DISPUTATIO TERTIA.

Habenda Menſe Aprili.

RESPONDENTE

M. JOHANNE FALCONE, Ober-Ietingenſi.

VNDE JAM ULTRÒ CONSEQUItur, Græcos Prophetas & Hagiographa
2. falsò ipſis attribui. Sed nec vulgarem Legis verſionem quam hodie tenemus, illorum eſſe genuinam, nunc ulteriùs probabo. Non tantùm Hieronymi Teſtimonio, qui in præfat. ſuper L. Paralip. Hebræa ſe volumina ſuperfluè tranſlaturum fuiſſe ait, ſi 70. Interpretum pura, & ut ab eis in Grecum verſa eſt, Editio permanſiſſet: Nunc verò cùm pro varietate Regionum diverſa ferantur Exemplaria, antiquis illis corruptis atque violatis, meritò ſe hanc curam ſuſcepiſſe, indicat. Sed principaliter ipsâ verſionis vitioſitate hoc evinco, quam ſi quis tàm venerandis, & ex univerſo Dei populo ſelectiſſimis Senibus, per omnem ætatem in hoc ſolo Studio exercitatiſſimis impingit, næ is inſigni & plùs quàm Forenſi eos afficit Injuriâ. Nam Tredecim tantùm nec plura Legis loca, & certo quidem ſingula conſilio mutaſſe leguntur: cætera omnia fidelitate ſummâ reddidiſſe, ſervato (quod Impoſſibile videri poſſit) ipſo quoque verborum ordine,

 & penè

& penè etiam Numero. Maſſ. Sopher. d. l. ושלשה עשר דבר שינו בה · ואלו הן · וג׳ *Et tredecim loca mutarunt in eâ; quæ ſunt, &c.* Prolixius ea Joſephi Abbreviator Joſippus, ſtatim ſub Hiſtoricæ narrationis ſuæ Exordium recenſet: ואלו הן יג״ מקומות · א״ · ﭏהים ברא בראשית · שלא להקדים שום דבר על שם ﭏהים · ומפני שבלשון יון המוקדם הוא הפועל והמאוחר הוא הפועל (videtur omninò legendum eſſe הפעול) שלא ישמע כﭏו בראשית הוא היוצר וﭏהים הוא היצור: וגו׳ *Hæc ſunt illa Tredecim loca. Primus: Deus creavit ab initio. nè ſcilicet anteverteret quicquam nomen Dei. Item quòd in linguâ Græcâ Efficiens (ſeu nominativus Agentis, plerumque) præcedit, Effectum (ſeu Patientis Accuſativus) ſequitur. Ne videlicet itâ accipiatur, ac ſi Bereſchith fuiſſet Formator, Deus verò Formatum, &c.* Cæteros duodecim hîc omiſſos ſuis ſedibus reſervo; quæ erunt, Secundi Gen. 1. v. 26. Tertii Gen. 2. 2. IV. Gen. 11. v. 7. V. Gen. 18. v. 12. VI. Gen. 49. v. 6. VII. Exod. 4. v. 20. VIII. Exod. 12. v. 40. IX. Exod. 24. v. 11. X. Numer. 16. v. 15. XI. Deut. 4. v. 19. XII. Deut. 17. v. 3. XIII. ultimus bis reperitur, Levit. 11. v. 16. & Deut. 14. 7. ubi vox ארנבת quæ *Leporem* ſignificat, neutrobique per *λαγὸν* reddita eſt, nè Ptolomeus Lagorum & Filius & Nepos offenderetur, ſeque contemni putaret, ſi Familiæ ſuæ cognomine Animal, inter Immunda ediq́ue prohibita referri animadverteret; ſed utrobiq́ue, novâ tunc voce per *δασύποδα* Hirſutipedem verſa: quam Ebræi fortaſsè librariorum culpâ & unius nec multùm abſimilis literulæ lapſu, malè צעירת *Parvum* pro שעירת *hiſpidum* רגלים *pedibus*, Dd. Ll. expreſſerunt. Cum igitur non iſta tantùm 13. ſed Infinita ferè loca tranſlata, ab originalibus ſuis plurimùm diſcrepare videamus; imò nè hæc ipſa quidem omnia. 13. ſic ut ipſi tradunt mutata eſſe, v. g. primordialia Moſis verba, non inverſo Hebræórum ordine, ὁ Θεὸς ἐποίησεν ἐν ἀρχῇ, ſed retento illo, ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεός, collocata eſſe legamus, clariſſimè patet, hodiernam verſionem

Græcam,

Græcam, falsò LXXII. Senibus attribui; Genuinam verò & Antiquam illam, 19. Seculorum decurſu dudum amiſſam eſſe. Quod erat Demonſtrandum. Nè verò Apoſtolos, Hodiernâ noſtrâ (quemcunque habuerit Authorem) uſos fuiſſe exiſtimes, En tibi ex obſervatione R. & Clariſſ. Dn. Cenſoris mei, &c. inſerta aliquot N. T. Loca; Rom.4. v.17. πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε. Gal. 3. v.8. ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πάντα τὰ ἔθνη. Gal. 4 v. 30. οὐ γὰρ μὴ κληρονομήσει ὁ υἱὸς τῆς παιδίσκης, μετὰ τοῦ υἱοῦ τῆς ἐλευθέρας, &c. Quæ cum formalibus Græci noſtri Pentateuchi verbis, Gen.17. v. 4 ἔσῃ πατὴρ πλήθους ἐθνῶν. Gen.12. v. 3. ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. Gen.21. v.10. μετὰ τοῦ υἱοῦ μου ἰσαὰκ, &c. Nequaquam per omnia congruunt, unde tu de cæteris ſimiliter judicabis.

3. Porrò de verâ illâ & Antiquâ Græcorum verſione, non abs re quæritur, quidnam Ptolemæum R. moverit, ut tot Senes, & laborioſè impetratos & ſumptuoſius habitos, congregarit? Num qua Curioſitas, aut pia res ſacras ſciendi cupido? Joſippus noſter, ex Judaico Ingenio, cui neque portus eſt Tutus, nimis hic Suſpicax erat; pacificum Regem Inſidiarum inſimulans. ואחד מהם היה תלמי שנכתבה לו התורה בלשון יונית· שהיה מתעולל ומתאנה על ישרא׳ ומבקש תואנה בתורותם להוציאם מן הכלל· כי רבת צררוני מנעורי יאמר נא ישראל· *Unus ex illis fuit Ptolemæus, is cui deſcripta eſt Lex literis Græcis. Qui hoc Machinatus fuit, & occaſionem captavit contra Iſraël, quærendo Anſam è lege illorum, ut abduceret eos à Canone (Religionis) ſæpè enim tribulaverunt me à Juventute mea, dicat nunc Iſraël.* Quem nè longius hinc abeam, ſuiſmet propriis redarguo verbis. ità enim hanc Hiſtoriam claudit: ותלמי זה כבד ע״ הזקנים בלבושי מלכות ומתנות גדולות· והחזירם שמחים וטובי לב· ושמח בחכמתם מאד· ושלח בידם קרבנות לאלהינו· *Et iſte Ptolemæus Honoravit 70. Senes veſtimentis regalibus, Doniſque maximis, atq; reduxit eos gaudentes & bonos corde. exhilaratus Sapientiâ illorum val-*

dè. Miſit quoque per manus illorum oblationes Deo noſtro. Quî quæſo abſque inſigni Hypocriſeos notâ id committere, animumvè Malevolum tàm aſtutè potuiſſet tegere Rex optimus, ſimulandi neſcius, & omnium Hiſtoricorum teſtimonio, ab hiſce Herodianis Artibus omninò alieniſſimus. Sed hîc ulteriùs Quæritur, utrum in uno Palatio Conjuncti, an verò diverſis ædibus ab invicem ſeparati, hoc opus adornârint? Ubi in contrarias diſceditur opiniones. Hieronymus d. l. haſce Cellulas vulgò ſine Authore jactari ait; & in præfat. ſupr. Pentat. in unâ Baſilicâ congregatos, contuliſſe ſcribit, non Prophetaſſe; quòd aliud ſit vatem agere, aliud Interpretem. Nec ſe ſcire inquit, quis primus Author 70. Cellulas Alexandrinas, Mendacio ſuo extruxerit, quibus diverſi eadem ſcriptitârint? At ego dicam, quis extruxerit! Judæi fecerunt, & illorum communi ore ſupra allegatus Author Maſſ. Sopherim d. l. cui, ſi fortè ſuſpectus eſt, ſubſtituo Joſippum, à noſtris jam receptum, ibid. ità pergentem. וכתבוה ע״ זקנים · הפריד ביניהם תלמי המלך ושם כל אחד ואחד בבית אחד בפני עצמו · והככימה רעת כל אחד מהם להחליף לו יג״ מקומות · ונעשה להם נס · והסכימה רעת כולם לרעת אחד מהם: *Dum ſcripſerunt 70. Senes, ſeparavit illos invicem Rex Ptolemæus, & repoſuit ſingulos in Domibus ſingulis ſeorſim. & conſenſit cogitatio ſingulorum in hoc, ut mutarent* 13. *tantùm loca; id quod omninò Miraculosè accidit; concordaſſe eos adeò in ſententiâ, ac ſi omnes unus tantùm fuiſſent.* Unde etiam iiſdem planè verbis id deſcripſit החכם תפארת הישרים רבינו אברהם הלוי בן דוד (או דיאור) ז״ל בספר הקבלה *Sapiens (ut Adulatoriè appellatur) Gloria Rectorum, Magiſter noſter Abraham Levita, Filius David (aliàs Dior.) p. m. (ante* 500. *Annos defunctus) in libro (Chronologicæ Acceptionis vel) Kabbalæ*; capite cui Titulus ואלה דברי מלכי ישרא׳ בבית שני *hæ ſunt res geſtæ Regum Iſraël (potiùs Ducum Juda, tempore) Templi ſecundi.* quatern. ט. col. 1. fac. a. Edit. Venet. Quibus & Alios adjungere poſ-

re poſſem, ſed hi Tres ſatis probant, non certè ſine Authoribus iſthæc jactari; quæ an prorſus ſint de nihilo, & contradicendo ſaltem diſplodi poſſint, æqui Lectoris diſcretioni relinquo. ubi Numeri diverſitas neminem offendere debet, quòd Joſippus LXX. Thalmud verò LXXII. fuiſſe Seniores memorant. non enim rarum eſt in noſtro quoque ſermone, Rotundum aliquem numerum, pro vicino veriori aſſumere. ſic ♃ 30. ♃ 12. Annis, ♂ biennio circuire, Menſis 30. diebus conſtare, &c. populari uſu dicitur; etiamſi accuratè loquendo res paulò aliter habeat. Illud verò, quòd eadem Maſſichta Ibid. Halach. præced. 7. de aliis QUINQUE tantùm Senibus, eidem Regi, prius tamen, legem Interpretantibus tradit, non ſatis aſſequor. verba ſunt: מעשה בחמשה זקנים · שכתבו לתלמי המלך את התורה יונית · והיה היום קשה לישר׳ כיום שנעשה העגל · שלא היתה התורה יכולה להתרגם כל צרכה: *Hiſtoria de Quinq; Senibus: qui ſcripſerunt Ptolemæo Regi legem Græcè. fuit Dies illa gravis Iſraëli, ſicut dies quâ factus eſt vitulus. Neque enim erat legi poſſibile (in exoticâ linguâ, propriè & ſufficienter) explicari pro omni neceſſitate ſuâ.* Diſpiciant Hiſtorici, an Bis hæc acciderint, aliavè ratione conciliari queant.

4. Tandem reliquos V. T. Græcos, inter Apocrypha relatos libros quod attinet, ſciendum eſt, pleroſque, ſi non omnes, etiam Hebræo & Chaldæo Idiomate dudum lectos fuiſſe; licet hodie in hiſce Linguis rari reperiantur. De Syracide quidem res certiſſima eſt, ex ipſiuſmet propriâ præfatione: ubi Avum ἐκ τῶν πατρίων βιβλίων Collectanea ſua conquiſiviſſe; ſe verò ex Hebræo illa in Græcum tranſtuliſſe dicit. Proinde ſollicitus ſe excuſat, veniamq; petit, quòd in verſione coactus fuerit τῶν λέξεων ἀδυναμεῖν. οὐ γὰρ ἰσοδυναμεῖ τὰ ἑβραϊστὶ λεγόμενα, ὅταν μεταχθῇ εἰς ἑτέραν γλῶσσαν, οὐδὲ μικρὰν ἔχει διαφοράν. De Tobia & Judith, ex Hieronymi prologis conſtat, fuiſſe primitùs Chaldæo ſermone conſcriptos; unde Idem Pater, peritum utriuſq;

Linguæ Interpretem nactus, in Latinum converterit. Ubi cave Exemplar à Munſtero editum, pro illo originali habeas. neque enim Hebraicè, ſed ut expreſsè ait Chaldaicè exaratum erat. etiamſi (eodem attenſtante) de Catalogo divinorum ſcriptorum reſectum, his quæ Hagiographa (at non Ketuſim) memorant, mancipatum fuerit. De libro Sapientiæ probatur è præfatione Ramban, in peruſche Hatthorah, circa Medium; ubi ille Rabbi Moſes Gerundenſis, Chaldaicũ ſe librum, Titulo חכמתא רבא דשלמה *Sapientiæ Magnæ Salomonis* inſignitum, vidiſſe teſtatur. Unde etiam binos locos, in Regii Authoris commendationem excerptos, ibidem adducit. quorum prior ita habet: ולא ממתום הות תולדתא חדיתא למלך או לשליט · דהדיו מעלנא דכל ברנש לעלמא ומפקאנא שויאת חדיו · מיטול כן צלית ואתיהיבת לי רוחא דחכמתא · וקרית ואתת לי רוחא דא דעתא · צבית בה יתיר כן שבטא וכורסוותא: Et prorſus congruit cum Græcis, quæ in Sophiæ Solomontos cap. 7. v. 5. & ſeqq. in hæc verba legimus: *οὐδεὶς γὰρ βασιλεὺς ἑτέραν ἔσχε γενέσεως ἀρχήν. μία δὲ πάντων εἴσοδος εἰς τὸν βίον, ἔξοδός τε ἴση. διὰ τοῦτο ηὐξάμην, καὶ φρόνησις ἐδόθη μοι. ἐπεκαλεσάμην, καὶ ἦλθέ μοι πνεῦμα σοφίας. προέκρινα αὐτὴν σκήπτρων καὶ θρόνων.* Poſterior ità ſonat: והוא דיהב אידעהא דלא לגלותא · למידע היכן קם עלמא ועובדיהון דמזאלתא · שורא ושולמא ומצעתהון דזמני · שולחפני דונבותא · ודהיכן עבדו זבני · דיהטהון דשמיא וקבעיהון דכוכבי · מתנא רבעיר וחימתא דחיותא · עוזיהון דרוחי ומחשבתהון דבני נשא · גינסי דנצבתא וחיליהון דעיקרי · כל מידם דכסוי וכל מידם דגלוי ידעת: iterumque congruit cum verbis ejuſd. cap. 7. v. 17. & ſeqq. *αὐτὸς γάρ μοι ἔδωκε τῶν ὄντων γνῶσιν ἀψευδῆ, εἰδέναι σύστασιν κόσμου καὶ ἐνέργειαν στοιχείων. ἀρχὴν καὶ τέλος καὶ μεσότητα χρόνων. τροπῶν ἀλλαγὰς καὶ μεταβολὰς καιρῶν, ἐνιαυτοῦ κύκλους καὶ ἀστέρων θέσεις. φύσεις ζώων καὶ θυμοὺς θηρίων, πνευμάτων βίας, καὶ διαλογισμοὺς ἀνθρώπων, διαφορὰς φυτῶν καὶ δυνάμεις ῥιζῶν. ὅσα τέ ἐστι κρυπτὰ καὶ ἐμφανῆ ἔγνων.* Unde concludo: etſi omnes Canonici V. T. originaliter ſint Hebræi vel Chaldæi; non tamen

men vice verſà omnes ejuſdem T. Hebræos vel Chaldæos propterea eſſe Canonicos.

IV. DE MASORETH.

(1) quid tractet? (2) quâ Methodo? (3) cur ſcripta? (4) quo Authore?

1. Maſoreth eſt Inſtitutio Critica, admirabili diligentiâ in ſacros libros olim adornata, & à Majoribus per longam ſeriem poſteritati de manu quaſi in manum tradita, (unde etiam מסורה *Maſorah*, vel מסורת *Maſoreth*, à Rad. מסר *tradendo* denominata fuit) particulariter & minutiſſimè 1. Docens, quâ religione ſacer codex jam ab antiquo Scriptus fuerit, & adhucdum hodie ſcribi, excudi, ſculpi, pingi fingique debeat. v. g. quænam literæ præter morem, & in mediâ plerunque voce, cæteris Majores exaratæ ſint; quæ contra minuſculis ſemper Characteribus expreſſæ: quæ non abſque Myſterio inverſæ; aut ſupra lineam notabili intervallo ſuſpenſæ; quæ extraordinariis apicibus vel punctis inſignitæ; quod Holem cum vel ſine Vav; quod Hirek cum vel ſine Jod ſcribendum: ubinam ſpacium paragraphi vel amplius vel anguſtius vel prorſus nullum ſit relinquendum. Et quæ ſunt hujuſmodi. 2. Indicans, quâ ratione idem ſacer contextus jam olim Lectus fuerit, & etiamnum legi debeat. v. g. ubinam duæ voces, continuato lectionis impetu, inſtar unius efferendæ, aut vice verſâ una diviſim per duas enuncianda. Ubi aliqua quantumvis aſcripta, ſilentio ſit prætereunda, & contra non aſcripta, quaſi manifeſtè adeſſet, lectioni ſit inſerenda. aut etiam una ſed obſcœnior habita, per alteram æquipollentem, minus offenſuram, ſit exprimenda. tandem ubi literæ quædam in mediâ voce ſint tranſponendæ; quædam ab unius ad alterius contiguæ extremitatem transferendæ. Et quæ ſunt talia plura. 3. Dinumerans quot libris, verſibus, dictionibus, literuliſq; univerſa olim ſacra ſcriptura conſtiterit, & adhuc hodie,

ad

ad ſui Integritatem, conſtare debeat. v. g. quotnam verſus in Pentateucho, quot in ſingulis Paraſchis, quot in Pſalmis, &c. quiſnam ubique Medius, quis longiſſimus, quis breviſſimus, quis unius literæ crebriori repetitione fœcundus, quis omnium totius Alphabethi capax, quoties aliqua rarior vox aut inſignior phraſis paſſim legatur, quoties hac vel illâ ſignificatione aut forma, quænam literæ abundent, quæ deficiant, quoties ſingulæ extent, adeoque in ſpecie, quot Aleph, quot Beth, quot Gimel, & inſuper diſtinctè, quot Mem vulgaria, quot finalia, &c. in toto codice legantur. Quæ certè ſtupenda eſt & incredibilis priſcorum hominum, in Biblicâ Integritate ad nos uſq; propagandâ (nè Superſtitioſam apellem) Diligentia: de quâ Elias, octern. Vav. col. 1. אך המעשה אשר עשו בעלי המסורת הוא· שהשתדלו בכל מאמצי כוחם ולא נחו ולא שקטו עד שמנו כל הפסוקים והתיבות והאותיות מכל ספר וספר· לפיכך קראו להם סופרים· *Opus quod præſtiterunt Magiſtri Maſorethici, hoc eſt, nempè quòd ſolliciti fuêre, pro omni robore virium ſuarum, neq; quieverunt nec ceſſârunt, donec numeraſſent omnes verſus & dictiones, adeoq; literas ſingulorum librorum. unde vocati ſunt Sopherim, quaſi Recenſitores.* Ubi etiam, poſtquam triplex inde attulerat Exemplum, quæ litera, quod vocabulum, qui verſus totius legis eſſet Medius; tum quæ peculiaris, per finales literas, compendioſè Numerandi ratio ipſis fuerit uſurpata, docuerat; in hæc verba, pag. 2. fac. a. pergit: וכן מספר הפסוקים של כל התורה כלו חמשת אלפים ושמונה מאות ומ״ב· ומספר אותיות של כל התורה ששים רבוא וארבעים וחמשה· ועוד מצאנו שמנו מספר כל אות ואות של כל העשרים וארבעה· ומצאו מספר האלפין מ״ב אלפים ש״עז· ומספר הבית ל״ח אלפים רי״ח הגימל כ״ט אלפ׳ ת״קלז· וכן כל אות ואות· וכבר נעשה על זה הרוז יפה מתחול· אהל מכון בניני· וכו׳ וקבלתי כי ר׳ סעדיה גאון חבר אותו· *Sic numerus verſuum totius Legis eſt. 5842. & numerus literarum ejuſdem Legis univerſæ 600045. Porrò reperimus, quòd dinumerârint Summas ſingularum literarum*

rum per omnes Eſrim-vearbaa h. e. 24. libros, & invenerint Numerum literæ Aleph 42377. Beth. 38218. Gimel 29537. ſicq́; reliquarum omnium. & dudum adornatus eſt hac de re pulcher Rhytmus, incipiens: Obel Mechon Binionai. quem à Raf Saadiâ Gaon compoſitum eſſe accepi. Hunc Catalogum Elias Editioni primæ adjecit, & quia obſcurus eſt, Scholiis auxit; Münſterus verò in reiteratâ Baſileenſe omiſit: Buxtorfius autem, nè intercideret, in lucem poſtliminiò quaſi reduxit. unde Numeros illos huc tranſcribam. ſunt autem Aleph, Beth, Gimel, tot quot ſupra poſiti. Daleth 32530. He 47754. Vav. 76922. Zain 22867. Chet 23447. Tet 11052. Jod 66420. Caph 37272. C. finale 10981. Lamed 41517. Mem 52805. M. finale 24973. Nun. 32977. N. fin. 8719. Samech 13580. Ayn 20175. Pe 20750. P. fin. 1975. Zadi 16950. Z. fin. 4872. Kuph 22972. Reſch 22147. Schin 32148. Thav 59343. Quæ in unam collecta ſummam (ſi Calculum rectè ſubduxi) faciunt 815280. literas hebraicas totius V. T. Qui Numerus, quod diſſimulare nequeo, videtur omninò nimis parvus, & dimidiâ ferè ſui parte minutus. Nam pingui ſaltem computatione Seſquiplures reperio, adeoque non pauciores. 1236. Millibus. faciat ipſemet hujus rei periculum, qui ocio abundat; dinumeret initiò paginas, deinde unius paginæ literas, haſque per illas multiplicet, idque ſi vacat, certitudinis cauſsâ in aliis quoque diverſarum Editionum Exemplaribus reiteret. Prodibunt ſemper plures, meoque numero viciniores. Unde Suſpicor ſuperiores 60. Myriades legalium literarum, hoc cenſu non eſſe comprehenſas: ſiquidem & aliàs non rarò Thorah legem, à Mikra reliquâ ſcripturâ ſeparent. Docti plauſibiliorem comminiſcantur Excuſationem. Et hæc de Maſoræ Materiâ; ſequitur Forma.

2. Ea olim alia erat ac hodie. Non aſcribebatur Margini, ſed in ſeparatis tradebatur Chartis. referente Eliâ oct. Vav. p. 4. f. a. וראי · בעלי המסורת לא כתבו דבריה[ ]

סביב

סביב הגליונות · כי קצר המצע מהשתרע והיריעה קטנה מהכיל את כל דבריהם · אך כתבו דבריה' קונטרס קונטרס· *Eſt in confeſſo, quòd Magiſtri Maſorethici non ſcripſerint verba ſua in circuitu Marginum. Contractius n. eſt Stragulum, quàm quod ſufficiat, velumq; minus quàm quod excipiat omnia dicta illorum. proinde annotarũt illa in peculiares Quinterniores.* Quę Schediaſmata, propter ampliſſimam tàm fertilis materiæ ubertatem, progreſſu temporis, in tantã molem excrevère, ut juſtum volumen æquarent, & vel ipſum textum quantitate excederent. atteſtante eod. pag. præc. דע לך כי המסורה הגדולה הנמצאה כמעט אין לה קץ · והאמת ששערתי אני שאם היו כל דברי המסורת הגדולה אשר ראיתי אני בימיי כולם כתובים וקשורים יחד על ספר ׳ ירבה כמותו ככמות כל העשרים וארבע: *Hoc ſcito, quòd quantum Maſoræ Majoris reperitur, propemodum ſit abſq; fine. Et profectò ſic ego æſtimo; ſi verba Maſoræ M. quæ Ego ſaltem ætate meâ vidi, omnia conſcripta eſſent & colligata pariter in eundem librum, excreſceret Magnitudo ejus ad magnitudinem totius Eſrim-vearbaa, h. e. Scripturæ.* Extractus tamen erat inde Liber quidam, à frontiſpicio OCHLA denominatus, qui conjunctim exhiberet id, quod alibi per multas diſperſum Schedas, tradebatur. Is nunquam typis eſt evulgatus, viſus tamen & uſurpatus Eliæ, qui ejus honorificè recordatur, oct. Beth pag. 2. f. b. ועם כל זאת צמאי לרוות נפשי לא יכלה ׳ כי אם מספר אכלה · והרבה ממנו לקטתי ׳ וכלליו בידי נקטתי · והוא ספר קטון הכמות ׳ ובמסורת אין לו הדמות ׳ וגבורות בו מרובר ׳ ולא נמצא מחובר ׳ המדבר מהמסורת וכללם ׳ רק הוא לבדו בעולם: *Et cum omnibus iſtis, ſitibundus ego explere animum nequivi aliunde, niſi è libro Achla, unde plurima ceuſpicas collegi, & regulas ejus manu meâ obtinui. Is liber licet parvus ſit quantitate, in Maſora tamen non eſt ei Similis. Præclara continet, neque reperitur alius liber unquam concinnatus eſſe, qui loquatur de Maſoreth ejuſq; Regulis, niſi ille ſolus in Mundo.* Exinde paulatim inſigniora excerpi ac Marginibus aſcribi ſolebant, pro cujuſvis tamen arbitrio, nulloque certo delectus

ctus judicio; librariis plus de ornatu & pulchris literarum ductibus, quàm rei integritate ſollicitis. ut idem conqueritur oct. Vav. p. 4. a. והסופרים כותבי ספרי המקרא לקטו מהם איש כל הישר בעיניו · וכתבום סביב הגליונות למעלה ולמטה: יש האריך ויש קיצר · לפי גדול כרך הספר וקטנותו · כמו שכתבתי בהקדמה החרוזית · ע״ש · *Scribæ exarantes libros biblicos, excerpſerunt inde quilibet quod ſibi rectum videbatur in oculis ſuis, & ſcripſerunt illud in circuitu Marginis ſuperioris & inferioris. erat qui prolongaret, & erat qui abbreviaret, pro magnitudine ligaturæ libri, vel exilitate ejus. ut ſcripſi in Præfat. Rhytmicâ. Vide ibi.* Hodie verò, poſtquam publicè excudi cœpta eſt, non niſi Biblico codici adjungitur: ſed tribus diſtinctis locis, unde & ipſa pro diverſo ſitu TRIPLEX eſt, parva, Mediocris, & Maxima. 1. PARVA vel Minor dicitur illa, quæ duabus Columnis, Hebræi ſcilicet & Chaldaici textus interjacet; hæc quia Majoris Compendium eſt, meris Abbreviationibus, Numeris, obſcurioribuſq; nec omni Lectori intelligibilibus Symbolis conſtat. de quibus Elias ibid. בין העמודים כתבו הרמזים והסימנים / וסכום המלות והענינים בקיצור מופלג / בראשי תבות ובנוטריקון · והוא הנקרא מסורה קטנה: *Inter columnas ſcripſerunt Characteres & Signa, numeroſq; vocum & rerum, excellenti brevitate, per literas Capitales & Technologicas. Et ea eſt quæ vocatur Maſora Parva.* Item ſupr. oct. Aleph p. 6. f. a. לכללים עשו סימנים / להיות על לב למזכרת · אך שמו אותותם אותות / חידות עם לשון ברברת · הרבים לא יחכמו בה / אין מבין מה היא אומרת: *Pro Compendio aſſignarunt notulas, quæ menti eſſent Memorialia. & appoſuerunt literas ænigmaticas, linguâ barbarâ. unde plerique nihil profecerunt, nec intellexerunt, quid ſibi vellent.* 2. MEDIOCRIS quæ & Magna reſpectu minoris dicitur, ſummum cujuſvis paginæ textum tegit, imum verò ſuſtinet. Priore copioſior eſt, parallelos ſeu concordantes locos plenè adducit, & ad debitam textus ſedem, appictis refert circulis. de quibus Idem oct. vav. 4. b. ועל כל מילה אשר נמכר עליה איזה

דבר עשו עג״ל אחד למעלה באמצע המלה שבפנים להורות על ומה שנמסר עליה בחוץ · וא״חכ · וכשעגול אחד עומד בין ○ שתי מלות / מה שנמסר בחוץ עומד על ב׳ המלות הסמוכות: *omni dictioni de quâ Maſora quidpiam tradit, imponitur circellus ſupra medietåtem vocis interioris, ut appareat, quid referatur ad eam extra.* [*Et mox:*] *cum verò circulus ſtat inter bina* ○ *vocabula Medius, tunc id quod foris annotatur, pertinet ad duas dictiones contiguas.* Ad hanc refertur Maſora Præliminaris, quæ initiales librorũ voces, grandiuſculè ſcriptas, quadratâ ſerie ornatus cauſſa ambit, ut lectionis Introitus, hoc erudito apparatu, inſtar magnificæ alicujus Portæ fiat auguſtior. Ea licet non ad ſuum neque caput ſolum neque librum ſpectet, illorum tamen utplurimum aliqua occaſione apponitur; ut in Exordio Geneſ. Exod. Levit. &c. apparet.

3. MAXIMA & Finalis, Bibliorum calcem occupat, continens illa ferè, quæ in Mediocri, ob Spacii anguſtiam omiſſa erant; ſed, ut facilius reperiantur, Alphabetico hîc ordine diſpoſita. Quibus tandem Lectionum Varietas ſubjicitur, quæ eſt inter Ben-Aſcher & Ben-Naphtali. Item inter Maddinchaim & Maarfaim.

3. Finis hujus ſtudii eſt Cuſtodia Integritatis Biblicæ: quem licet Ebræi fortaſſe non principaliter ſpectârint, Divina tamen Providentia vel per Ignaros & aliud agentes, ſapientiſſimè eſt conſecuta. Videntur enim omninò Judæi (ut ſunt naturâ Glorioſi & mortaliũ Ambitioſiſſimi) proprias hîc Laudes aucupati fuiſſe; quòd exuti quidem libertate, privatique patriâ, ſacræ tamen Scripturæ ſtudiũ adeò non abjecerint, ut potius religioſam hanc curam ſoli curent. Nam etſi interiores ſenſus ſecurè negligant, externos tamen literarum Apices adeò ſuperſtitioſiſſimè verſant, mordicuſq; tenent, ut non aliud Exilii ſui Solatium noſſe videantur. Eſt hæc, ſi non Ipſis, Nobis tamen Salutaris ſuperſtitio; nec ejuſmodi vanus labor (ut Naſuti putabunt) qualis illius Circulatoris, qui grana Ciceris

cx-

ex intervallo non brevi objecta, acu ità accuratè excepiſſe dicitur, ut nè à tot millenis quidem unquam fruſtratus fuerit. dignus certè, qui à curioſiſſimo Spectatore ſuo Alexandro M. ejuſdem leguminis Modio donaretur. Non ſic Maſorethæ. quantum inter *ματαιοτεχνίαν* illum, & hunc Monarcham interfuit, tantùm & plus etiam ſacra iſthæc diligentia, omnem profanam Criticen excedit, nobiſque pleniſſimam, non violati contextus fidem facit. Quàm facilè potuiſſent illũ, diſpunctis ſibi obfuturis locis adulterare, tunc quando adhuc in ipſorum ſolâ erat poteſtate, nec Chriſtianorum quiſquam vel Aleph callebat? niſi Religio hæc, vel ſi mavis, nil mutandi Superſtitio ipſis obſtitiſſet, imò Deus Opt. Max. Gentium miſertus, id hac ratione caviſſet. *Quot Menda ſcriptionis in ſacrum codicem irrepſiſſent* (inquio non Ego, ſed P. Cunæus lib. 1. de Rep. Hebr. cap. ult. pag. 173:) *ſi illius cuſtodia ſolis Lactantiis, Auguſtinis, Gregoriis, Chryſoſtomis, Viris Sanctiſſimis, ſed Imperitis Hebraiſmi, mandata fuiſſet. Inter Græcos omnes Latinoſque, qui veterem Eccleſiam rexêre, unus Origenes cum Hieronymo, Hebraicè ſcivit; & fermè nimium dixi. cæteri nec Elementa quidem didicerant, &c. at Iudæis unum hoc Studium fuit, &c. hæc laus eorum propria eſt, nulla alia gens in illius gloriæ ſocietatem ſe offert: hactenus ille.* Ubi etiam è Chronico Juchaſin locũ adducit, de quodam venerandæ Antiquitatis codice, propriâ Hillelis manu, & ſic ſeculo ferè ante Chriſtum exarato; unde correctiſſima quæq; Exemplaria fuerint tranſſumpta. is dignus eſt, qui etiam huc reponatur, & ita habet: ובמלכות ליאון הוציאו ספר הארבעה ועשרים אשר נקרא הבילוא ׳ שכתב אותם ר׳ הלל ומעם היו מגיהים כל הספרים ׃ ואני ראיתי חלק מהם שנמכרו באפריקא ׃ ובזמני היה ט׳ מאות שנה שנכתבו ׃ והקמחי אמר בחלק הדקדוק בפסוק למען תזכרו שהחומש היה בטולטולא׃ *In provincia Lion protulerunt Codicem viginti quatuor librorum, qui vocatur Biblia, quos deſcripſit R. Hillel, & undè ſolebant Illuminare cæteros libros. Ego vidi partem ex illis, qui venditi ſunt in Africâ. ac jam tempore meo præterierant nongenti Anni, ex quo ſcripti*

 erant

eræt. Et Kimchi dicit in Tomo Grammatico, Paragrapho §. ut Recorderis ejus, &c. quòd Pentateuchus (ejuſdem manus) extiterit Toletole. Cui ſimilem adjungo ex Eliæ Maſor. oct. Daleth. p. 3. b. וכתב הרמ"בם ז"ל בספר אהבה פרק ח" ו"זל· וספר שסמכנו עליו בדברים אילו׳ הוא ספר הידוע במצרים׳ שהוא כולל כ"ד ספרים· שהיה בירושלם מכמה שנים׳ להגיה ממנו הספרים· ועליו היו הכל סומכין׳ לפי שהגיהו בן אשר׳ ודקדק בו שנים הרבה׳ והגיהו פעמים רבות· כמו שהעתיקו: *Scribit R.ª M. B.º M. hoc eſt, Rabbi Moſche Ben Majemon) p. m. in tractatu de Amore, cap. 8. hiſce verbis: Liber cui innitimur in hoc negotio, eſt codex ille notiſſimus in Ægypto, complectẽs omnes 24. libros. qui fuit Jeroſolymis præ tot Annis, ut emendarentur inde Exemplaria. Ei autẽ omnes ideò (tutius) innituntur, quòd correxerit ipſum (celebris ille Tyberiadicus Doctor, Aharon) filius Aſcher, & ſubtiliter-inquiſiverit in eum annis plurimis, & illuſtrârit multoties: quem etiã tranſtulit (in notiorẽ linguam.)* Addo plenioris fidei cauſsâ Tertiũ Teſtem, è Comment. Aben-Ezræ in Exod. cap. 25. v. 31. ראיתי ספרים שבדקום חכמי טבריא׳ ונשבעו חמשה עשר מזקניהם׳ שלש פעמים הסתכלו כל מלה וכל נקודה וכל מלא וכל חסר׳ והנה כתוב יו"ד במלת תיעשה· ולא מצאתי ככה בספרי ספרד וצרפת ומעבר לים: *Inſpexi libros, quos explorarunt Sapientes Tyberiadis. ubi jurejurando confirmant 15. Seniores ipſorum, quòd tribus vicibus attentè conſiderârint ſingulas dictiones & ſingula puncta, omne plenum (Hirek vel Holem) atq; omne defectivum; Et Ecce ſemper aſcriptum fuerit Jod voci textus Theaſeh. etiamſi non ſic invenerim in libris Hiſpanicis & Gallicanis & Transmarinis.* ô Incredibilem in minutiſſimis quoq; Diligentiam! ô ſingulare Numinis beneficium! ô mirandam tot Exemplarium, per omnes Europæ Africæ Aſiæq; angulos diſperſorum, per tot ſecula ad nos uſque propagatorum, ac ſalutarem Harmoniam! vere ſcripſit Elias, oct. vav. p. 2. b אחר המעשה אשר עשו בעלי המסורת׳ אי אפשר שנפל או שיפול חילוף או שינוי בשום צד בכל ספרי המקרא· ולא לחנם אמרו ר"זל· מסורת סיג לתורה· *Poſt opus quod præſtiterunt Maſorithæ, non eſt poſſi-*

poſſibile ut ceciderit vel (poſt hâc quoq;) cadat varietas aut Alteratio in ullum latus omnium librorum Biblicorum. unde non immeritò dixerunt Magiſtri noſtri p.m. (nominatim Ribbi Akiba in Pirke Aſoth. cap. 3.) Maſoreth eſſe Sepem legis. ut Sepes Hortum munit, nè Ferarum irruptioni pateat; ſic Maſora Scripturam, nè à Sciolis vaſtetur. Non enim vel tantillulum depravare poſſent, quin id Sacrilegium, Critica hęc cenſura ſtatim proderet. Unde ergò, inquis, tot VARIÆ LECTIONES? Annon Octingenta Quadraginta octo vocabula in Bibliis diverſimodè leguntur? computante Eliâ, oct. Daleth, p. 5. a. דע לך כי כאשר חפצתי לדעת מניין כל הקריין וכתבן שבכל המקרא׳ העברתים על יד מונה׳ לא אחת ולא שתים· ומצאתי מניינם רת׳מח ונתתי בהן סימן׳ קריין וכתבן: *Hoc ſcito: poſtquam deſideravi noſſe Numerum omnium aliter-Lectorum & aliter-Scriptorum, totius SS. Scripturæ; traduxi ea per manū Arithmetici, non ſemel nec bis tantùm, & inveni Summam eorū.* 848. *incluſiq; (Memoriæ cauſſâ) Symbolo* KARIAN VECATBAN (*quæ voces Lecta & Scripta ſignificant, atq; in literis numeralibus totidem conſtituunt.*) Reſpondeo: Lectionis illæ varietates, Maſorâ longè Antiquiores ſunt, utpote à quâ omnes accuratè notantur. Non ergò poſtea demum natę, nec quicquam hactenus ultrà mutatum. Unde autē illæ olim primùm irrepſerint, non certò conſtat. Kimchi à diverſitate Exemplarium, temporis injuriâ corruptorum, originē traxiſſe autumat, ſub finem Pręfationis in Joſuam ità ſcribens: אנכי הצעיר דוד ב״ר יוסף קמחי ז״ל וג׳ אכתוב טעם כתוב ולא קרי וקרי ולא כתוב׳ כאשר אוכל לתת טעם לשניהם׳ כל אחר ואחר במקומו · ונראה כי המלות האלה נמצאו כן׳ לפי שבגלות ראשונה אבדו הספרים ונטלטלו׳ והחכמים יודעי התורה מתו· ואנשי כנסת הגדולה׳ שהוירו (*Sic pravè in Baſileenſi Editione: at in Venetâ rectius* שהחזירו) התורה ליושנה׳ מצאו מחלוקת בספרים׳ והלכו בהם אחר הרוב׳ לפי דעתם · ובמקום שלא השיגה דעתם על הבירור׳ כתבו האחד ולא נקדו׳ או כתבו מבחוץ ולא כתבו מבפנים׳ וכן כתבו בדרך אחד מבפנים ובדרך אחד מבחוץ:

מבחוץ: *Ego minimus David F. R. Ioſeph Kimchi p. m. &c. tradam Rationes Scripti quod non legitur, & Lecti quod non ſcribitur; in quantum quidem potero dare rationes utriusq; ſingula ſuis locis. Videntur autem voces illæ ſic reperiri, eò quòd in captivitate prima perierint libri, & diſperſi fuerint, atq; Sapientes gnari legis mortui. Itaq; Viri Synagogæ M. qui reſtituebant legem priſtino decori, invenerunt Diſcrepantiam in Exemplaribus, & ſecuti ſunt in eo Multitudinē, ſuo tamen judicio uſi. Vbicunq; autem non attigit Cenſura eorum Perſpicuitatem, ſcripſerunt id, neq; tamen punctis notarunt; aut ſcripſerunt foris nec intus: aut deniq; ſcripſerunt uno modo in Textu, altero verò in Margine.* Quod mihi non eſt probabile. ſiquidem multi librorum tunc recens fuerint exarati, & Authores illorum non tantùm adhuc ſuperſtites, ſed etiā ipſo Maſorethar um, vel quod idem eſt, virorū Synedrii Magni Collegio comprehenſi: ut Daniel, Haggæus, Zacharias & Malachias, qui ſuas ſinguli Prophetias ſcripſerunt. Item Mardochæus, qui hiſtoriam Eſther memoriæ prodidit. tum verò præcipuè Eſdras, qui Paralipomena & librum à ſe denominatū edidit. hoſné ipſos Authores mentem ſuam ignoraſſe putas? Veriſimilius ergò eſt, certo ſic Conſilio mutata fuiſſe. id q; inprimis *honeſtiora illa Vocabula* · טחורים · ישכבנה · צאתם ומימי רגליהם · *propriis ſed obſcœnè habitis* · עפולים · ישגלנה · חריהם · ושניהם · *Deut. 28. v: 27. & 30. & 2. Reg. 18 v. 27. ſubſtituta* coarguunt; quæ nequaquam è Librario Naufragio ſic enataſſe potuerunt, ſed procul omni dubio, à devotis hominibus de Induſtriâ, hoc modo reddita ſunt. Perinde ac ſi quis hodie Paulinum illud, Phil. 3. v. 8. Jch achte es für Dreck / verecundiæ gratiâ, nevè Juniores offendat, in ſolenni Eccleſiæ conventu efferret, Jch achte es für Kot/ & ſic publicè ſemp legendum eſſe, Margini annotaret; retentis nihilominus, (ob proprietatis Emphaſin,) in ſcripto textu formalibus Lutheri verbis. Secundum Regulam veterū Hebræorum: כל הדברים הכתובים במקרא לגנאי, קורין אותן לשבח, כדי שלא יוציא האדם דבר מגונה מפיו: *Quæcunq; in Bibliis ſcripta ſunt obſcœnè, leguntur (ſub aliis verbis) Honeſtè: nè ſcilicet (aſſueviat) homo Spurcum proferre Sermonem ex ore ſuo.* ut ut verò ſe habeat variarum lectiónum ortus, hoc ſanè certum eſt, Veriorem ſemper eſſe illam, quæ in Margine notatur: docente Eliâ oct. Iod. p. 2. b. וקודם כל דבר צריך שתדע, שכל מה שנכתב בגליון, הוא הקרי ר"ל כן קורין המלה ההיא: ומה שנכתב מבפנים, לא נקרא כלל: *Ante omnia necesse eſt ut ſcias, omne quod in limbo ſcribitur, eſſe* KERI, H. E. *ſic pronuntiari vocem illam; Id verò quod intus (in textu) exaratur, non legi unquam.*

DISPV-

DISPUTATIO QVARTA.

Reſpondente

M. JOHANNE FRIDERICO Stahlin/ HERRENBERGENSE.

4. RESTAT UT DE MASORÆ AUTHOribus aliquid dicatur. Etſi autem inter Judæos nō deſint, qui præcipuam Maſoræ partem nempe *Keri uketif halacha lemoſche miſſinai* faciunt, h. eſt, ad ipſum Moſen atq; cæteros ſacrorum librorum ſcriptores, prima ejus initia referunt, nos tamen Eſdrâ criticum non agnoſcimus antiquiorem. De hoc namque, partim ex Nehem. 8. partim unanimi hebrææ antiquitatis conſenſu conſtat, quòd poſt reditum è Babylone ſedulus fuerit divini cultus reſtaurator, nec tàm Remp. Iſraëlitarum quàm Eccleſiam è captivitate reducem, à variis impuritatibus exilii tempore contractis, ſollicitè repurgârit. Is ergò, ut ſacri quoque codicis mendas tolleret, exemplaria conquiſivit, ea recognovit, cum authenticis contulit, & ſicubi diſcrepabant, varias lectiones annotare cœpit, hacque ratione prima Maſoræ fundamenta jecit. Ac ne ſolus huic oneri ferundo ſuccumberet, CXX. collegas, è ſenioribus pietate prudentiâ & eruditione valentibus ſelectos, ſibi aſcivit, atque 12. decanis à ſe conſtitutis ſubdidit, qui eſſent Eccleſiaſtico-Politici quidam Senatores vel Conſiliarii, & neceſſariæ hujus

reformationis ſocii. à qua ſententia non alienus eſt Elias in Maſ. Hammaſ. p. daleth. 1. a. לולי זה׳ הייתי אומר׳ שלבד הקרי והכתיב שבתורה ה׳ הל״ם ׳ואנשי כנסת הגדולה׳ שהם חגי זכריה מלאכי דני׳ חנניה מיש׳ ועזריה עזרא נחמיה מרדכי זרובבל׳ ועוד נלוו עליהם חכמי׳ מהחרש והמסגר׳ עד השלמת מאה ועשרים איש׳ כתבו׳ ׳על פי הקבלה שהיתה בידם׳: *niſi hoc (ita eſſet) dicerem, quòd ſaltem (aliter) lectum atque ſcriptum in Lege, ſit T. M. S. traditio Moſis è Sinai, & viri ſynagogæ magnæ, ſcilicet Haggai, Zacharia, Malachi, Daniel, Chanania, Miſchaël, Azaria, Ezra, Nechemia, Mardochai, Zerubabel, Item qui illis adjuncti fuere ſapientes ex artificibus & fabris, uſque ad completionem* 120. *perſonarum, ſcripſerint ea juxta Cabalam quam tenuerunt in poteſtate ſuâ.* Et quia res iſta non unius tantùm ætatis nodum hominis eſt, ſed infiniti ferè ſtudii, ideò à ſucceſſoribus diverſorum temporum jugiter continuata fuit, & præter lectionum varietatem, alia quoque ad orthographiam ſpectantia, paulatim annotari cœpta ſunt, donec ad iſtam magnitudinem excrevit. præſertim verò *Melëim & Chaſarim* ſemper quàm diligentiſſimè obſervata. Ramban. præf. ſec. al. Hathor. ווזה הענין שהביא מוזלי המקרא למנות מלא וחסר בכל התורה והמקרא׳ ולחבר ספרים במסורת עד עזרא הסופר הנביא שנשתדל בזה: *Et hoc ipſum eſt, quod movit exercitatos textuales, ut numerarent Plenum & Defectivum univerſæ legis ac ſcripturæ, & componerent libros Maſorethicos, inde uſque ab Eſdrâ Scribâ & Prophetâ, qui fuit occupatiſſimus in iſto.* Sed refriguit poſtea ille ardor, & penè extincta fuit omnis hæc diligentia, inter tot Judaicæ gentis captivitates atque exilia, donec tandem Anno poſt templi everſionem 436. vel circiter, in urbe Tyberiade celebris quidam eruditorum illius ſeculi conventus inſtituebatur, qui collapſum Maſoræ ſtudium denuò reſtaurârunt. unde à pleriſque primi ejus Authores crediti fuerunt. quo etiam Elias, ſui parùm memor, propendet, oct. He. 6. a. מאז היה לשון הקדש הלוך וחסור׳

וחסור׳ עד זמן בעלי המסורת· והם אנשי טבריא׳ היא מעזיא׳ והיו חכמים גדלים׳ ובקיאים במקרא׳ וצחי לשון מכל שאר היהודים׳ אשר היו בדורות ההם׳ ואחריהם לא קמו כמוהם· כאשר העיד עליהם ר׳ יונה המדקדק: *deinceps erat lingua ſancta ambulans & deficiens* (*locutio ex Geneſ. 8. v. 5.*) *uſq; ad tempus Authorum Maſoræ; qui fuerunt viri* (*urbis*) *Tyberiadis* (*ſitæ in*) *Mæſiâ* (*minoris Aſiæ provinciâ*) *ſapientes maximi & exercitatiſſimi in textu, puriſſimæ inſuper linguæ præ cæteris Judæis omnibus, qui* (*vivebant*) *generatione iſtâ, ſed nec poſtea ſurrexerunt ſimiles illis: prout teſtatur R. Jonah Grammaticus, &c.* Hanc erroneam Eliæ opinionem, quæ Munſterum & alios magnoſque in Hebraiſmo viros decepit, ſolidè multiſque argumentis refutat Cl. Buxtorfius in Comm. Maſor. quamvis & ipſe olim dum Lexicon ederet, in præfatione illius aliter ſenſiſſe, nunc verò (ut ſemper poſterior dies præcedentem docet) δευτέρας φροντίδας in melius mutaſſe videtur. Nobis, præter R. Akibæ, Tyberiadicis hiſce magiſtris longè antiquioris teſtimonium, ſuprà p. 53 citatum, pro primi authoris & vetuſtatis argumento ſufficiat, ipſa confeſſio Eliæ p. gimel. 4. a. ſibi contradicentis: וכן ענין המסורת הזאת׳ לפי שנמסרה לחכמים׳ איש מפי איש עד עזרא וסיעתו: *hæc eſt ratio etymologica Maſoræ, quòd* (*nimſerah*) *tradita fuit ſapientibus ſingulis ex ore ſingulorum, inde uſque ab Eſdrâ & collegio ejus.* Item p. vav. 3. a. והאמת כי בעלי המסורת היו למאות ולאלפים׳ דור אחר דור כמה שנים· ולא נודע לנו זמן התחלתם: *veriſſimum eſt, quòd Magiſtri Maſoræ fuerint centeni & milleni* (*non Tribuni & duces, ut Munſterus ambiguitate deceptus expoſuit*) *generatio poſt generationem, tot annis, ut neſciamus ipſi* (*præciſum*) *tempus initii illorum.* (*qui ergo ad Tiberitas referre potuit?*) Sed nolo hiſce diutius occupari. Pergo ad publicam Maſoræ impreſſionem. ea primùm tentata eſt Venetiis, ante centenos vel quod excurrit annos, tunc quando omnia & hebræa quoque ſtudia poſt diuturnam barbariem refloreſcebant,

 auſpiciis

auſpiciis Danielis Bombergi, viri plurimorum hujuſmodi librorum correctiſſimâ editione, & quod in Typographo rarum eſt, hebraiſmi propriâ peritiâ quondam clariſſimi, nec hodieque ſine laude memorandi. huic operam ſuam ſtrenuè navavit Judæus quidam Afer Tunetanus, nomine R. Jakob filius Chaiim, Venetiis tunc exulans, homo patriorum quidem rituum ſervans, ſed quod etiam in hoſte mirari decet, ſtupendum in modum diligens, nec minus eruditus. Is M-Scriptas Maſoræ Schedas antea paſſim diſperſas, à popularibus ſuis ſollicitè conquiſivit, bonâ fide deſcripſit, in ordinem coëgit, & ſingula ſuis ſedibus locavit, adeoque hanc marginalem formam, quam hodie tenet, introduxit. Quo autem ſingulari fato & Eccleſiæ bono Bombergum, ejuſmodi ſacrum opus in Dei gloriam diu molientem, offenderit, operiq; adhibitus fuerit, ipſemet deſcribit in præfatione ſuâ, quam ſic orditur: שלו הייתי בביתי ורענן בהיכלי שוקד על
למודי בטו״ניס המדינה אשר קרוב לקצה גבול קרט״גינא הקדומה
וטלטלני הזמן בארצות המערב פה ויניצ״יא הבירה׃ וכו׳ *tranquillus fui in domo meâ & florens in palatio meo* (*locut. ex Dan. 4. v. 1.*) *incumbens ſtudio meo in provinciâ Tunis, quæ vicina eſt extremis oris antiquæ Carthaginis; ſed tranſtulit me tempus in haſce terras occidentales hûc Venetias metropolin. &c. quæ ipſemet ibidem vide.* Non multò pòſt R. Elias levita Germanus, in vicino Norico natus, ſed maximam ætatis partem in Italiâ degens, rogatu quorundam Chriſtianorum, ænigmata iſthæc ſolvere, & univerſam Maſoræ rationem, peculiari tractatu מסורת המסורת nuncupato, nobis prodere aggreſſus eſt. & is ipſe libellus eſt quem in hâc materiâ jam aliquoties citavi. Venetiis primùm publicatus, poſtea Baſileæ An. 1539. curante Munſtero recuſus, dudum longè lateque divenditus, hodie rarò v ſus, at propter multam utilitatem dignus qui denuò ederetur, latinâque verſione augeretur. Nam quæ Munſterus exinde

tranſ-

tranſtulit, pauca ſunt & ipſa Scholiis indigerent. de inſtituto ſuo Elias. ibid. in metricâ præfat. ita diſſerit. p. aleph. 6. b. אמרו· אליי נא מה לך אליהו׳ קום ועשה לך שם תפארת· ולמסרה תאיר אורה׳ ופתח נא בה המסגרת· ידענו בך כי זאת עמך׳ בהיד שכלך היא גוברת· אז אמרתי שמעי נפשי׳ למה זה את מתנכרת· קומי ועשי עת לײ׳ פן תהיה תורה מופרת· מקום הניחו לך אבות׳ להיותך בו מתגוררת· אז אמרה לי נפשי האח׳ בזה אנכי בוחרת· ובכן קמתי לא דוממתי׳ גם קדמו עיני אשמורת; עד אוציא לאור תעלומה׳ היותה עד הנה נכתרת· וכו *dixerunt ad me, obſecro! quid hic agis Elia? ſurge & acquire tibi nomen glorioſum, & Maſoræ illumina lucem ſuam, atque aperi quæſo, quæ ibi ſunt occluſa. Novimus enim quòd hoc poſſis & in poteſtate ingenii tui ſit iſthæc facultas. tunc ità allocutus ſum animam meam: audi, quare tu tergiverſaris? ſurge impende tempus aliquod Deo, nè fortè lex ejus (tuâ culpâ) diſſipetur. locum hunc reliquerunt tibi patres, ut in eo aliquandiu te exerceres. Mox anima mea mihi annuit: Euge! in hoc ego acquieſco. Propterea ſurrexi, nec ſilui, imò anteverterunt oculi mei vigilias (matutinas. ex Pſal. 119. v. 148.) uſque dum educerem in lucem abſcondita, quæ hactenus occultata latebant, &c.* p. Beth. 1. prolixus recenſet quomodo id Romæ cœperit, ſed urbis repentinâ occupatione, à Carolinis militibus factâ, Venetias ſeceſſerit, ibique demum abſolverit: teſtatus ſe, quicquid viginti annorum jugi ſtudio, ex optimis quibuſcunque libris didicerit, id omne huc repoſuiſſe. Noviſſimè Dn. Buxtorfius, occaſione Bibliorum Baſileenſium, hanc materiam tripartito volumine, à Tyberitis denominato, longè copioſius pertractavit; cujus prima pars de Maſoræ cauſis, efficiente, materiali, formali & finali diſputat: altera Clavem fabricatur, quâ penetralia Maſoræ reſerantur. ubi Abbreviationes longè plures quàm Elias, explicat: tertia mendas caſtigat, quæ Judæorum negligentiâ irrepſerunt plurimæ. ubi etſi tot cæcutientibus Iſraëlitis oculatior fuerit, non tamen plures adhuc ſupereſſe diffitetur. quis

enim Argus pervideret omnes? ואין לתמוה על ככה׳ כי בזאת המלאכה׳ היה חגור חדשה׳ וכל התחלה קשה: *nec mirum eſt, (inquit Elias de his ipſis erroribus p. Beth. 4. a.) erat enim hoc opus tunc inveſtigationis planè novæ. omne autem principium grave. (nihil ſimul natum & perfectum.)* Nihilominus utrique ſuam laudem merentur, & extremè ingratus ſit oportet, qui tantos viros propterea carpat. Ab iis petantur, quæ hic omitto. nam deſinendum eſt.

V. DE CABALA.

1) Ejus Definitio. (2) quinque ſpecies; ſcilicet Gematria (3) Notarikon. (4) Temurah. (5) Zuriith. (6) & Atechnos. (7) Cabala occultatio. (8) Author. (9) Artifices. (10) uſus.

1. Cabala definitur ab Eliâ, ejus tamen non ſatis perito, in Thiſchbite litera Quuph, hoc modo: קבלה׳ הם סתרי תורה ונביאים שקבל איש מפי איש עד מר״עה׳ לכך נקראת קבלה· והיא נחלקת לשני חלקים עיונית ומעשיות· ואינני כדאי לבאר ענינה כי בעונותי לא למדתי חכמה זו ודעת קדושים אלה לא ארע ולא אבין: *Cabala ſunt arcana Legis & Prophetarum, quæ accepit vir ex ore viri, uſque ad Moſen M. N. qui nunc eſt in pace (retrorſum numerando) & inde dicitur Kabbala (q. Acceptio) dividitur autem in 2. ſpecies, Theoricam & Practicam. Ego quidem non ſum ſufficiens, ut explicem negotium ejus; quoniam ob pravitatem meam non didici ſapientiam iſtam, ſcientiamque ſanctorum nec novi nec intelligo.* Dabo igitur pleniorem ejus Deſcriptionem talem, quod ſit abſtruſior Doctrina Hebræorum, de Dei & Angelorum naturis atque mutuo conſortio, de Religionis præſertim Chriſtianæ myſteriis in Vet. T. latentibus, de morum diſciplinâ, item Philoſophiæ & bonarum artium arcanis; olim clam habita, nec cuivis concredita, multò minus ſcriptis in vulgus prodita, ſed Orali tantum traditione, inter ſapientes diverſorum ſeculorum continuâ ſucceſſione propagata: partim variis literarum combinationibus, abbreviaturis & per-

& permutationibus conſtans, & plerunque per ejuſmodi ſecretiores modos, è divinis ſcripturis Moſis & Prophetarum elicita. hodie à Judæaſtris in ſuperſtitioſum Abuſum tracta, & partim in inania myſteria puerileſque nugas converſa, partim ad Medicinam, Incantationes adeòque Magiam (ignoratæ veriori Cabalæ, ab ipſis perfidè ſubſtitutam) turpiter abrepta. Quod ejus Etymologiam attinet, nuncupatur plerunque קבלה *Kabbala*, vel aliâ terminatione קיבול *Kibbul* Acceptio; ut ſit correlatum Maſoreth vel traditionis. derivaturque à Rad. קבל quæ *accipere* ſignificat, rem vel doctrinam. velut in illo proverb. 19. 20. שמע עצה וקבל מוסר *audi conſilium & ſuſcipe diſciplinam :* eò quòd oretenus, atque de manu quaſi in manum & tradatur & accipiatur. Inde etiam illius doctrinæ peritus מקובל *Mekybbal*, & aliâ formatione קבלן *Kabbelan* Cabaliſta denominatur. Plinius curioſiſſimus ille univerſi ſcibilis inveſtigator, etiam aliquid de eâ, quantumvis occultiſſimè habitâ, inaudivit; ſed Nomen, (prout fert communis peregrinarum vocum fortuna) vel ſuâ, vel quod credibilius eſt, librariorum culpâ, non nihil depravavit. nominat enim lib. 30. circa fin. cap. 1. Jochabelam, aſſerens eſſe quandam Magices factionem, à Moſe & Judæis pendentem multis tamen millibus annorum Zoroaſtre juniorem, &c. Chriſtianis nomen hoc ante Joh. Pici Mirandulani Comitis, ſuperiori ſeculo defuncti, tempora prorſus incognitum erat, adeò ut cum is inter 900. propoſitiones ſuas Romæ ad diſputandum publicè affixas, etiam Cabaliſticas afferret quamplurimas, & hæc dogmata Eccleſiæ Latinæ primùm proderet, quidam audito iſthoc inconſueto, & ipſo penè ſono ſibi tremendo vocabulo, Kabaliſtas non homines ſed hirco-cervos quoſdam vel Centauros eſſe veriti fuerint, alii verò plus ſapere viſi, hanc ridiculam ejus Etymologiam attulerint, & invidiæ conflandæ causâ in vulgus ſparſerint,

quòd


quòd perfidus quidam hæreticus, diaboli progenies olim extiterit, nomine Kabal, cujus ſequaces inde dicantur Kabaliſtæ, & ſectam ab orco quaſi reducant. de hoc monſtro etiam mihi nunc ex methodi meæ rationibus aliquid dicendum eſſe video, ut ſi quæ hujus farinæ infra ſuis locis adduxero, melius intelligantur. facerem id brevius, & ſanè, ὡς ἐν προλεγομένοις, deberem; niſi materiæ obſcuritas, & ſcriptorum raritas, pro informatione φιλεβραίων plenius aliquid poſcerent. Tu bone Lector remotioribus digreſſiunculis haut invitus ignoſce.

II. Eſt autem Cabala præcipuè duplex, ſcilicet vel Artificialis & Technica, vel Atechnos & Inartificialis. Quod priorem attinet, etſi vulgò tres tantùm ejus ſpecies principales enumerentur, videlicet ג"נת hoc eſt גימטריא נוטריקון ותמורה ad quas cæteri deinde particulariores modi omnes facilè reducantur, omninò tamen etiam quarta ſpecies צורוית illuc pertinet. de quibus nunc ordine & ſigillatim. Prima GEMATRIA etymon accepiſſe creditur à græcâ voce γεωμετρία: quòd literas mathematicè quaſi dimetiatur. quam nominis definitionem Elias in Thiſchbi confirmat גימטריא היא מלה יונית ממש לשון חשבון או מנין ברפי על הגימל: *Gematria eſt vox Græca planè ſignificationis computi aut numeri, cum Raphe ſuper Gimel. (pronunciatione ejus ab initio vocis, contra morem linguæ aſpiratâ, non durâ ut Judæi enunciant.)* Ipſius verò rei qualemcunque definitionem afferunt uterque Baal-Aruch, iiſdem penè verbis; eſſe nimirum quando במקו□ אחד כותבין א׳ במקום מאה כותבין ק׳ וכן כולן: *pro unitate ſcribunt Aleph, pro centenario Kuph, & ſic deinceps.* quanquam R. Salomoni J. deſcriptio iſta nimis anguſta ſit, iſque hoc nomen Gematria, per Synechdochen generis pro omni Cabalâ uſurpet; quem tamen vitandæ confuſionis cauſsâ, hîc non curamus. ¶ Subdividitur autem in binos Modos, quorum prior & uſitatior potius Arith-

Arithmeticus eſt, poſterior verò plus cum Geometriâ cognationis habet, ambo ſane originem è Matheſi ducunt; & inde in hanc literaturam invecti, quia apud Hebræos omnes Alphabethi characteres ſimul ſunt Numerales. Quæ ergò voces, in additione vel ſummula numerorum invicem conveniunt, illæ quoque in ſenſu æquipollere, & per Gematriam mutuò exponi putantur. Hoc modo initialia Moſis verba בראשית ברא *in principio creavit*, per illa alia בראש השנה נברא *In principio Anni (olim à Septembri inchoati) creatus eſt (Mundus)* cabaliſticè exponuntur, eò quòd utrobique idem numerus, ſcilicet 1116. è valore literarum in unam ſummam collectarum exſurgit. Beth enim valet 2. Reſch 200. Aleph 1. Schin 300. Jod 10. Thav. 400. & ſic deinceps. Ita Gen. 49. v. 10. illud יבא שילה *veniet Schilo*, quod in numeris 358. habet, per משיח *Meſsiam*, quod tantundem continet, etſi non demonſtrativè, ſcitè tamen & eleganter exponitur. ſic Zach. 3. v. 8. צמח 138. per מנחם redditur. Et hujus generis Exempla è Baal-Thurim ſuis infrà locis afferam plurima. Simile quid ad alias quoque Linguas emanavit. ſic enim Æſopus ænigma de furacis cujuſdam animalculi numeris 40. 400. & 200. per Græcum nomen μῦς Mus argutè ſolvit. ſicque Theologos ille numerus Beſtiæ χξϛ' 666. qui Apoc. 13. extat, hactenus exercuit, ut varias ei expoſitiones quæſiverint. Irenæus vocem λατεῖνος huc accommodavit, quæ Romanam Eccleſiam ſignificet, unde Antichriſtus ſit proditurus, eò quòd in numeris λ 30. α 1. τ 300. ε 5. ι 10. ν 50. ο 70. ς 200. valeat, & omnes ſimul juncti, prædictam ſummam conficiant. alii ex ἡ μίσσα ἡ παπικὴ, circa Ann. Chr. 666. primùm cani cœptâ, eundem numerum eliciunt. nonnulli ad Hebræam appellationem רומיית recurrunt. alii aliud comminiſcuntur. Sic tandem apud Latinorum Poëtas (ubi tamen hæ tantum 7. literæ MDCLXVI. numerales ſunt) Annus à nati-

vitate Chriſti, ſententiis aut artificioſis Chronodiſtichis includi ſolet. & è voculâ JUDICIUM nonnemo finem mundi exſculpere, ejuſque extremum diem inde, ad Annum 1613. ingenioſo quidem ſed temerario irritoque conatu præſagire auſus fuit. ſed redeo ad Hebræos. Illorum recentiores extendunt hunc modum paulò latius, & pro ſimplicibus literarum notis interdum integras earum appellationes aſſumunt. quo pacto v. g. vox חכמה *ſapientia*, in numerales literas חית כף מם הי resoluta, 613. conſtituit, illiſque totidem præcepta Moſaica notare creditur. ¶ Alter modus Gematriæ, qui nomen hoc potius quàm prior ille meretur, propter ſui obſcuritatem, & raram Matheſeos inter Judæos cognitionem, minus vulgò notus, eſt præcipuè Architectonicus, & verſatur circa dimenſiones ædificiorum ſacrorum, ut arcæ, tabernaculi, altaris, templi, &c. Cur, inquiunt Cabaliſtæ, inter Judæos occultè Chriſtianizantes, Scriptura quæ nihil inane vel in caſſum tradit, ſacrarum fabricarum Quantitates tàm ſollicitè nobis inculcat? אין בתורה אפילו אות אחת׳ שאין ההרים גדולים תלויים בה *non eſt in Lege vel unica literula, à qua non maximi montes ſuſpenſi ſint.* quid hæc tàm curioſè cognoſcere noſtrâ refert? num tàm grande Templum, quale delineavit Ezechiel, è materiali lapide & ligno extructum iri quiſquam ſanus credet? annon ſacræ olim ædes, cum univerſo cultu levitico Meſſiæ typos geſſerunt? nunquid & in Biblicis proportionibus myſteria quædam occultare, & nobiliora omnium ætatum ingenia in iis exercere voluit ſapientiſſimus mundi Architectus? Quærunt itaque, ſpeculantur, metiuntur, ſubtrahunt, multiplicant, dividunt. ſumma, Chriſtum ubiq; & ubi vel minimè reris præfiguratum eſſe, perſuaſum eunt. Omne enim ædificium eſſe longum, latum & profundum: omnem verò illam longitudinem latitudinem profunditatem, menſurari certo ulnarum numero: Ergò

Ergò ipſam ædificii quantitatem eſſe ſignificativam, & Symmetriam inſtar ſcripturæ alicujus legibilem, adeòque Cabaliſtæ intelligibilem. Perinde ut in Steganographia, lineæ diverſarum longitudinum, pro literarum notis uſurpentur, & artificii conſcio facilè dignoſcantur, ſic etiam proportiones ſacras, omni Gematricis oculis intuenti eſſe perceptibiles. Exemplis obſcura hæc res fiet manifeſtior, quàm multis verborum ambagibus. Gen. 6.



verſ. 15. Arca Noëh 300 cubitos lõga, 50. cub. lata & 30. C. alta fuiſſe dicitur. hic Cabaliſta longitudinem primò dividit per altitudinem, & prodeunt decem, quæ reſpondent literæ Jod: deinde ei adjungit ipſam longitudinem; cui congruit litera Schin: tandem eam dividit per latitudinem, & emergunt ſex, quæ notantur literâ Vav. Ita elicitur nomen Salvatoris ישו Sic 1. Reg. 6. 2. Templum Salomonis 60. cub. longum, 20. c. latum, 30. c. altum fuiſſe traditur. hinc Cabaliſta primò latitudinem ab altitudine ſubtrahit, relinquuntur decem, quæ iterum ſunt Jod: deinceps hoc reſiduum cum eadem altitudine multiplicat, evadunt ter centum, hoc eſt Schin: denique idem reſiduum per longitudinem dividit, exeunt ſex, ſive Vav; quæ in unum collecta rurſus nomen ישו conſtituunt. ſed pluribus abſtineo, ne cui me ridendum propinem. ſatis hinc apparere puto, mirabile illud Argumentationis genus; quod ſi nobis parùm concludit, relinquamus ſaltem Judæis, modò per id convertantur &

Chriſtum agnoſcant. id quod non paucis, & nominatim Ludovico Carreto Regio Medico per hæc ipſa exempla contigiſſe, infra fuſius narrabo.

III. Altera ſpecies NOTARICON definitur à R. Nathan in Aruch majori, quod ſit illa אות אחת שנעשית סימן לכל דבר כמו שמפורש אב המון וגו׳ ב״כג *quando litera una fiat ſignum totius rei*; quemadmodum explicetur illud: eris pater multitudinis gentium, in fine Gemaræ, &c. ubi etiam Etymologiæ ratio reddi videtur, §. præced. בלשון לעז קורין לסופרין נוטרין *linguâ vernaculâ (hoc eſt, Italicâ, vixerat enim Romæ circa An. Chr.* 1050) *publicos Scribas vocant Notarios (à notando literarum notas)* quam Thiſchbites literà Nun clarius exprimit כן דרך הסופרים לקצר· וכותבין ב׳ או ג׳ אותיות וכל אחת עולה לתיבה אחת׃ *ſic moris eſt Notariis abbreviare, dum ſcribunt* 2. *vel* 3. *literas, quarum unaquæque repræſentat dictionem unam.* Sed neutra harum deſcriptionum eſt ſufficiens. Non enim ſemper litera dictionem, ſed interdum vice versâ dictio literam notat: unde bini principaliores ejus modi conſurgunt. ¶ Prior eſt; quando extremæ vocum literæ, per Aphæreſin vel Apocopen in unum collectæ, nomen aliquod exhibent vel ſenſum includunt, quæ ob id à Cabaliſtis cum Sægolta, hoc eſt, א֒ tribus punctulis in ſummitate notari ſolent. Eſt ergò iterum duplex, Initialis qui fit per ר״ת h. e. ראשי תיבות *Capita dictionum*, & Finalis per ס״ת hoc eſt, סופי תיבות *fines dictionum.* Et uterque vel directo, vel retrogrado lectionis ordine. At Medianum qui per דילוג *ſaltum* fit, utpote rudiorem, quantumvis recentioribus Judæis uſurpatum, meritò rejicimus. Quod RASCHE Theboth attinet, videtur ille modus valdè antiquus eſſe, & vel originem trahere, vel tamen comprobari ab illis ſcripturæ locis, quorum verſus Alphabethica ſerie diſpoſiti ſunt, quales ſunt Pſal. 25. (ubi tamen literæ בוק in medios verſus cadunt, cæteræ in incipientes) Pſal. 34. obſcurè, Pſs. 37. 111. 112.

111. 112. Pſ. 119. octies. Pſ. 145. Prov. 31. Thren. ſexies, &c. Reſpondet autem illi Carminum generi, quod ἀκροστιχίς vocatur: qualia ſunt Plautinarum comœdiarum argumenta, & elogium illud Chriſti Servatoris apud Sybillam, cujus Cicero l. de divin. meminit. unde veriſimile evadit, vetuſtiſſimos Græcorum Poëtas, ut multa alia, ita hunc quoque ingenii luſum ab Ebræis didiciſſe. quem adeo Germani quoque in hoc ſacro Alphabetho imitantur; Allein Bey Chriſto Die Ewige Frewd Gewis Hab Ich: Kombt Leiden Mir Nicht Ohn Peinliche Qual/ Richtig Stehts Traw/ Vnd Warte X Chriſti Yeder Zeit. Iſte modus fortiſſimo Judaicæ militiæ duci JUDÆ nomen mutavit. Cum enim Antiocho ſeſe oppoſiturus, ab Angelo moneretur, ut viriliter ageret, Deoque confideret, dedit belli commilitonibus verba Exod. 15. verſ. 11. מי כמוך באלים יהוה *quis eſt ſicut Tu inter Deos Domine?* vexillis ſuis abbreviatè hoc modò מכבי inſcripta, loco militaris teſſeræ: in quo ſigno cum vulgus ſtratiotarum victoriæ feliciter partæ vim ſuperſtitiosè collocaret, nec tamen myſticæ hujus ſcripturæ rationes intelligeret, inſeruit pronunciationis cauſsâ hiſce Conſonantibus vocales, & legit M·C·B·I belliq́ue Principem conſtanter poſthac inde denominavit. Perinde ut quondam Imp. Maximiliani ſymbolum A. E. J. O. V. quod Aquila Electa Juſtè, Omnia Vincit; ſignificare creditur, à quibuſdam aliter, nec tamen malè, Allein Evangelium Iſt Ohne Verluſt/ expoſitum eſt. Sed tempus eſt, ut hujus nunc modi hebræa quædam exempla proferam. Geneſ. 49. v. 10. in illo celebri dicto יבא שילה ולו *veniet Schilo, &c.* Capitales literæ Salvatoris ישו JESU de quo ſermo eſt, ſalutare nomen comprehendunt. Item in altero claſſico Pſalm. 72. verſ. 17. ינון שמו ויתברכו בו *ſoboleſcet Nomen ejus, & benedicentur in eo,* quod expreſsè de ipſius nomine agit, latet il-

lud ſimul implicitè: id quod omninò admiratione digniſſimum eſt, & pertinaciſſimos quoſdam Judæorum, partim ad ſtuporem, partim ad fidem noſtram convertit. Idem etiam, & quidem cum leniori ſibilo, qualiter nos enunciamus, includitur Pſal. 96. verſ. 12. יַעֲלֹז שָׂדַי וְכָל־אֲשֶׁר־בּוֹ *exultet campus, & omnia quæ in eo ſunt*; ubi per Macceph unita meritò pro unâ dictione habentur, & ſimul verſu immediatè præcedenti, magnum DEI nomen tetragrammaton, divinæ in Chriſto naturæ index, eodem modo continetur: יִשְׂמְחוּ הַשָּׁמַיִם וְתָגֵל הָאָרֶץ *lætentur cœli & exultet terra.* huc pertinet factitium DEI nomen אגלא *AGLA*, de quo Galatinus lib. 2. cap. 15. quod eſt ex integris vocibus אַתָּה גִּבּוֹר לְעוֹלָם אֲדֹנָי *tu fortis es in æternum Domine:* & ſimul Trinunitatis myſterium continere dicitur, quòd Aleph unitatis, Gimel ternarii nota ſit, reſiduæ verò literæ אל potentem DEUM ſignificent. Et hæc hactenus recenſita directa ſunt; Retrogradum ſimul eſt illud Cant. 4. v. 8. אִתִּי מִלְּבָנוֹן תָּבוֹאִי *mecum de Libano veni* תָּשׁוּרִי מֵרֹאשׁ אֲמָנָה *reſpicies de vertice (montis) Amanah. ſcilicet ô tu* אמת *veritas! tota pulchra exiſtens, nec maculam habens in te.* Quæ verò ordinem non invertunt tantùm ſed planè pervertunt, pudet nunc referre; infrà ſe abundè offerent, & vel invitis. nunc pergo ad SOPHE Theboth, quando nimirum finales textus literæ, in unum collectæ, ſignificativam vocem conſtituunt. qui modus æquè frequens eſt ac præcedens; nec impeditur diverſâ literarum מנצפך ſub finem picturâ. hoc enim modo v. g. litera ם *Setumah*, tranſit in מ *petuchah*, ut ingrediatur dictionem אמת, quæ operi creationis ſexies, & noviſſimè verbis בָּרָא אֱלֹהִים לַעֲשׂוֹת *creavit* DEUS *ut faceret*, occultè intexta eſſe, ſuo loco dicetur; ſecundum illud Pſal. 119. verſ. 160. ראש דבריך אמת *Caput vel initium Verbi tui eſt Emeth ſive veritas:* quaſi omninò ſapientiſſimus ſcriptor Moſes, hoc textili Exordio, artificioſâque literarum diſpoſitione,

poſitione, librum ſuum lectori commendare, & quòd non fabulas gentilitias, ſed ipſiſſimam Emeth ſeu veritatem à Deo edoctam tradat, innuere voluerit. hujuſmodi quoque eſt illud Exod. 3. לי מה שמו מה *mihi quodnam nomen eſt? quodnam?* quæ ipſa verba, dum magnum Dei nomen יהוה clauſulis ſuis oſtentant, tacitè ad hoc interrogatum reſpondere videntur. At levicula & puerilia ſunt, quæ ordinem turbant, quale illud Gen. 1. את האור כי טוב quod ברית ſignificare volunt. Et hucuſque prior modus Notarikon ¶ ſequitur poſterior, præcedenti oppoſitus. ubi non amplius dictio literam ſuppeditat, ſed è contra litera integram dictionem, adeoque verius אות אחת נעשית סימן לכל דבר ut Baal-Aruch ſuprà dixit. hoc modo vox בראשית pro numero literarum, explicatur per 6. alias, ab iiſdem conſonis inchoatas ברא רקיע ארץ שמים ים תהומות *creavit firmamentum, terram, cœlum, mare, abyſſos.* vel per haſce: בראשונה ראה אלהים שיקבלו ישראל תורה: *ab initio prævidit* DEUS, *quòd ſuſcepturi ſint Iſraëlitæ legem.* ſic exponunt illud Pſal. 3. רבים Multi inſurgunt adverſus me, hoc eſt, *Reſcb, Romani: Betb, Babylonii: Jod, Jones: Mem, Medi.* pari quoque ratione illud Gen. 49. verſ. 10. *& ad ipſum erit* יקהת *aggregatio populorum*, à converſo quodam Judæo, celebri olim Poloniæ Rabbino, Marpurgi poſtea baptizato, Chriſtiano Pauli, &c. per quatuor populorum nomina, Juden/ Chriſten/ Heyden/ Türcken/ explicatum mihi fuiſſe memini. Sic non tantùm appellativum aliquod nomen per proprium, ſed & vice verſâ propria per appellativa earundem literarum ſolent reddere. v. g. נפתלי *Napbtbali*, quòd ſignificet: נתקבלה פה תפילתי לפני יהוה *ſuſcepta eſt bic deprecatio mea coram Domino.* אדם *Adam*, quod conſtet אפר דם מרה *pulvere, ſanguine & bile.* quæ expoſitio, licet non propriè ſit Etymologica, melior tamen eſt illâ Cypriani, ἈΔΆΜ inde ſic dictũ putantis, quòd deſumptus fuerit è quatuor

plagis

plagis mundi Ἀνατολὴ Δύσις Ἄρκτος καὶ Μεσημβρία, cum tamen non græcæ ſed hebrææ originis eſſe, nec 4. ſed tribus tantum elementis ſcribi clareat. ſed & melior eſt illâ alterâ Cabaliſtarum Platonizantium, qui סוד הגילגל *arcanum revolutionis, hoc eſt, μετεμψύχωσιν* hîc innui credunt, & animam Adami ex אדם per דוד in משיח migraturam eſſe opinantur. Sic iterum apud Latinos ſimilia reperimus. M. O. R. S. *Mors Omnium Rerum Supremum* eſſe dicitur. Item illæ Romanorum literæ S. P. Q. R. quæ *Senatum Populum Qúe Romanum* propriè ſignificant, variè ſemper explicatæ ſunt; à Sybillâ quadam, *Serva Populum Quem Redemiſti* à venerabili Bedâ Urbem ingreſſo, *Stultus Populus Quærit Romam.* à quibuſdam hodie per Jocum de Papa Romano, per interrogationem; *Sancte Pater Quid Rides:* & retrogradam reſponſionem; *Rideo Quòd Papa Sum.* ſed miſſis hiſce cavillis, ad Hebræorum Cabalam revertamur.

IV. Tertia ſpecies TEMURAH, quæ non è multis vocibus unam, nec ex unâ multas facit, ut præcedentes; ſed textus literas tot numero retinet, eaſque vel manente ordine aliter componit, vel mutato ordine invicem tranſponit, vel per certam Alphabethi combinationem cum aliis permutat: unde & nomen habet. Nam תמורה *permutationem* ſignificat. exſurgunt itaque tres ejus Modi. ¶ Primus, quando literæ textus, ſervatâ illarum ſerie, in alias dictiones ſignificativas diſpeſcúntur. Perinde ac ſi apud Latinos ex conjuncto nomine *Tertulianus*, diſiunctim fieret *Ter-tuli-anus*. cujuſmodi diſſolutiles voces ſunt *barba-rus, clamo-re, coloni-enſis, cor-allium, curſus, de-mens, muſca-tum, papa-ver, re-gula, ſal-via, ſe pulchrũ-ſum-mus, &c.* Item *Ter-minus* in ænigmate Gelliano lib. 12. cap. 6. & illud puerulis protritum, furfur edit, pannum, panem quoque *Suſ-tinea-mus, &c.* Ita ludunt & Hebræi, v. g. primordialem vocem continuam בראשית *in principio,*

pio, diſlocant in duas alias, ברא שית *creavit fundamentum,* vel haſce בר אשית *filium ponam:* ubi tamen ipſis concedere non poſſumus, quod ſplendidè nugantur, fuiſſe ſcilicet legem divinam, cum Moſi traderetur, unius continuæ & quidem ignitæ ſcripturæ, unde is tranſſumpſerit, & monſtrante DEO in ſeparatas dictiones demum collegerit. audiamus hac de re ipſorum Interpretem R. Moſ. B. Nachm. ſub finem præfationis ſuæ in legales commentarios ita diſſerentem ונראה שהתורה הכתובה באש שחורה על גבי אש לבנה בענין הזה שהזכרנו היה׳ שהיתה הכתיבה רצופה בלי הפסק תיבות׳ והיה אפשר בקריאתה שתקר׳ על דרך השמות ותקרא ע״ד קריאתנו בענין התורה והמצוה· ונתנה למשה רבי׳ ע״ד חלוק קריאת המצוה׳ ונמסר לו על פה קריאתה בשמות· וכן יכתבו השם הגדול שהזכרתי (של שבעים ושתים׳ שיוצא משלשה פסוקי׳ ויסע ויבא ויט) כלו רצוף׳ ויתחלק לתיבות של שלש שלש אותיות לחלוקים אחרים רבים׳ כפי השמוש לבעלי הקבלה: *apparet quòd lex, quæ ſcripta erat Igni nigro ſuper ignem album (cujus negotii ſupra meminimus) extiterit ſcriptura continua, abſque diſtinctione vocum, & tamen poſſibilis fuerit lectio ejus, adeoq́; congruerit lectioni noſtræ hodiernæ, in negotio mandatorum: & exhibita ſit Moſi m. n. per modum diſtinctionis præcepti, eiq́ue tradita oretenus lectio illius per nomina. Sic enim etiamnum ſcribunt nomen Dei magnum cujus ſum recordatus, (quòd conſtet 72. literis, & reſultet è tribus iſtis verſibus* 19. 20. 21. *cap.* 14. *Exod.) totum Continuum. nihilominus diviſibile eſt per ternas literas, in ſegmenta alia plura, ſecundum praxin Magiſtrorum Cabalæ.* Et hinc tantùm referre dicit, ut ſacer codex quàm correctiſſimè ſcribatur, in quo nè ullum quidem Vav vel Jod redundet aut deficiat. quæ ſanè cautio minutiis Maſorethicis & ſcrupuloſæ illorum diligentiæ anſam dederit. verba ejus ſuperiora paululum præcedunt: ומפני זה׳ ספר תורה שטעה בו באות אחת במלא או בחסר פסול· כי זה הענין יחייב אותנו לפסול ספר תורה׳ שחסר בו ו״ו אחד ממלת אותם׳ שבאו מהם ל״ט מלאים בתורה׳או שיכתב

הו"ו באחד משאר החסרים / וכן כיוצה בזה · א"עפ שאינו מעלה ואינו מוריד / כפי העולה במחשבה · וזהו הענין שהביא גדולי המקרא / למנות מלא וחסר בכל התורה והמקרא / ולחבר ספרים במסורת / עד עזרא הסופר הנביא שנשתדל בזה: *Et propter hoc liber legis, in quo erratur vel unicâ literulâ in pleno aut defectivo, inidoneus eſt: quoniam hoc ipſum negotium nos obligat, profanum habere codicem, cui deeſt v.g. Vav unicum in dictione* אותם *quæ 39. vicibus plenè ſcripta venit in lege, vel abundat Vav unicum in reliquis locis, ubi defectivè ſcribi debet. Et ſic de ſimilibus: etiamſi id non aſcendere nec deſcendere faciat id quod ſurgit in cogitatione (hoc eſt, ſenſum nihil mutet.) Et hæc cauſa eſt, quæ adduxit magnos Textuales, ad numerandum* Mole *plenum &* Haſar *defectivum, (hoc eſt, hirek & holem, cum vel ſine Jod & Vav ſcripta) in univerſâ lege & ſcripturâ; & ad componendum libros in Maſoreth (retrò) uſque ad Eſdram ſcribam-Prophetam, qui (primus) occupatus fuit in iſtis.* Poteſt fortaſſe iſta literarum diſlocatio, aliquo modo & inſtar pii luſus, vel condimenti magis ſeriarum expoſitionum admitti; quamdiu nimirum fidei noſtræ analoga profert, & alibi jam ante clarius probata, artificioſo aſſenſu ſuo plenius confirmat, aut Thalmudo contradicit: at ubi nova nobis dogmata cudere & Judaiſmum obtrudere audet, ad ſuos authores meritò remitti. Nam videtur omninò à Moſe (vel quicunque alius primus fuerit Hebraicarum literarum Inventor.) huic ambiguitati ſectionum, peculiari finalium characterum formâ, dudum & prudenter cautum eſſe; nè quis fortè pro ingenii ſui petulantiâ ſacrum contextum aliter ac nunc eſt diſtinguere præſumeret, voceſque pro libidine ſua componendo & dividendo novos quotidie nobis ſenſus gigneret. quid enim tunc amplius ſupereſſet certum? in quo Plerophoria fidei noſtræ tutò conquieſceret, ſi Thalmudicis itâ in re ſeriâ ludere, & quilibet è quolibet effingere liceret? cum itaq; iſtæ liberioris ductus literæ ךםןףץ omnium confeſſione, non niſi

vocum calei competant, nec ſint recens inventum, ſed, ut dicere ſolent, *Halacha leMoſche miſſinai*; patet nunquam eas poſſe medio dictionum ventri inſeri, aut voces alibi, quam ubi hodie ſolent, finiri. Nec quicquam hic diſſentientes juvant voculæ לםרבה Eſai. 9. v. 7. הם Nehem 2. v. 13. quarum altera cum *Mem Setumah* in meditullio, altera cum *Mem Petucha* in extremitate, præter morem ſcripta eſt: alia enim ipſis myſteria ſubſunt. Sed præſtat Judæos ſuomet pugione confodere. oppono igitur eis ſeq. verba, quæ in libro Bereſchit Rabba, maximæ apud ſe authoritatis, col. 4. edit. Conſtant. de An. Jud. 5272. reperi. ubi ſimul narratiuncula ſubtexitur, de pueris quibuſdam, hujus duplicatæ figuræ rationem reddentibus, puerilem ſanè, ſed quæ in hâc ætate virorum magnorum & ſublimis ingenii ſpem fecerit. אמר ר׳ סימון בשם ר׳
יהושע בן לוי · מנצ״פך הלכה למשה מסיני וכו׳ · מעשה · היה
ביום סגריר ולא נכנסו חכמים לבית הועד ׳ והיו שם תינוקות׳
ואמרו בואו ונעשה בית הועד ׳ ואמרו מה טעם כתב מ״ם נ׳ן
צ״ץ פ״ף כ״ך ** אלא ממאמר למאמר ׳ מנאמן לנאמן ׳ מצדיק
לצדיק ׳ מפה לפה ׳ מכף לכף ** היינו מה״קבה למשה ר׳ ע״ה **
וסימו אותן ועמדו חכמים גדולים בישר״ל · ויש אומרים ר׳ א״ליעזר
ור׳ יהושע ור׳ עקיבה היו · וקראו עליהן ׳ גם במעלליו יתנכר
נער: *Dixit R. Simon, nomine R. Joſua filii Levi: M· N· ZP· C[b] (duplex harum literarum figura) eſt conſuetudo Moſis è Sinai, &c. (proinde non abroganda, ſed religioſè ſervanda.) Hiſtoriola. accidit die pluvioſo, & non intrârunt ſapientes in ædes collegiales; fortè aderant ibi pueruli, qui dixerunt: venite faciamus nos Collegium. (propoſitâ igitur quæſtione vel diſſerendi materiâ) rogarunt: Quâ ratione pinguntur Mm Nn Zz Pp Cc ſic (biformiter?) nempè innuunt* מם *quòd à ſermone ad ſermonem* נן *à fideli ad fidelem,* צץ *à juſto ad juſtum,* פף *ab ore ad os,* כך *adeòque de manu in manum, hoc eſt, à Deo O. M. Moſi M. N. p. m. ſcriptura iſthæc tradita fuerit. (quæ literarum alluſiones latinè perdunt gratiam: ſed & Hebraicè, omiſſa authoris moleſtiſſimâ*

 ſtiſſimâ

ſtiſſimâ tautologiâ, decurtatæ ſunt; prout inſerti Aſteriſci monent.) Et perfecerunt eos (erudiendo) atque evaſerunt ſapientes maximi in Iſraël. Sunt aſſeverantes, quòd R. Elieſer & R. Jehoſua, & R. Akiba interfuerint: quibus dictum ſit illud (proverb. 20. verſ. 11.) etiam ex adinventionibus ſuis (puerilibus) cognoſcitur puer (qualis vir olim ſit futurus.)

¶ Alter hujus ſpeciei Modus, Authori Thurim אותיות *q. literarius* dictus, eſt quando ex alicujus vocis conſonantibus tranſpoſitis aliterque coagmentatis, nova dictio ſignificativa ſurgit, quæ illius primitivæ explicatio eſſe putatur. ſic vox בראשית exponitur א׳ בתשרי *prima (dies Menſis) Tiſri (noſtro ferè Septembri reſpondentis, qua ſcilicet Mundus creatus eſſe creditur, & Annum ſuum civilem etiamnum ordiuntur Judæi.)* ipſum verò תשרי à תירש *muſtum* ſignificante, deductum eſſe exiſtimatur, quòd vindemiæ menſem notet, quo muſtum ex uvis exprimatur. ſic explicatur האדם *homo*, quod ſit אדמה *terra*. ſic Gen. 6. v. 8. נח *Noah* חן *gratiam* inveniſſe dicitur. ſic Exod. 23. v. 23. מלאכי *Angelus meus* coram te abiturus, per Metatheſin nomine ſuo proditur eſſe מיכאל *Michaël*, hoc eſt, Chriſtus in Daniel ità denominatus. ſic Pſal. 21. v. 2. idem משיח *Meſſias* eſt ille Rex, qui in virtute Domini ישמח *lætabitur*. ſic Eſaiæ, cap. 40. v. 26. quærenti מי ברא אלה *quiſnam creavit iſta?* Cabaliſtæ reſpondent ברא אלהים *creavit Deus*. ſic tandem Radices, quæ iiſdem conſtant literis, quantumvis aliter diſpoſitis, plerunque cognatas habent ſignificationes, ut כבש & כשב *agnus*, יעף & עיף *laſſus eſt*. כסל & סכל *ſtultus fuit*, חפז & פחז *trepidavit*, שכח & חשך *oblivione obſcuravit*, &c. Reſpondet iſte modus Anagrammatiſmis; niſi quòd hîc ſolâ Conſonantium, nulla verò vocalium, utpote ſeparabilium, habetur ratio: Imò nè differentia quidem inter Schin craſſi & leſi ſibili, item inter figuras finales & medianas curatur. ut in adductis exemplis apparuit. Videntur autem & hunc luſum vetuſtiſſimi græ-

corum

corum Poëtæ ab Hebræis didiciſſe. antiquiſſimum enim Anagramma (niſi Chronologia me fallit) factum eſt à Lycophronte, qui ſui regis Philadelphi (illius Judæorum Patroni) nomen πτολεμαῖος vertit in ἀπὸ μέλιτος. ſic *Demonicus in Nicodemum*, *Dorotheus in Theodorum* converſus. à Græcis mutuati ſunt Latini, quorum lingua anagrammatum æquè ferax eſt. ſic enim *Julius ſit Livius*, *Roma ſit Maro*, *mora & amor*. *Eva ſit ave*. *Corpus ſit porcus & procus & ſpurco*: quæ poſtrema vox (quod obiter addo) mirè fœcunda eſt, & ſimul 16. alias ſignificativas in ſe continet, nimirum: *o, os, cos, ros, cor, cur, curo, uro, ruo, ſpuo, pus, rus, crus, opus, orcus, porus*. ſed. propero ad ¶ Poſtremum Modum, qui à pleriſque צירוף *combinatio* (à quibuſdam quoque Gematria, ſed abuſivè & perperam) appellatur. Is eſt, quando unam Alphabethi literam pro aliâ ſumunt, & manente conſonarum quantitate, hoc eſt, numero, mutatur ſola qualitas ſive poteſtas. veluti cum Aleph ſonat Lamed, & Lamed viciſſim Aleph. In hunc uſum finxerunt viginti duas Alphabethi combinationes (poſſent autem vel decuplo plures eſſe) ubi medietas literarum ſupra, alteræ undecim infra collocantur, & ſemper binæ invicem oppoſitæ, mutuò permutabiles ſunt. Apponam perſpicuitatis cauſſa ſaltem duas inſigniores; quarum prior ab ipſo conſonantiũ ſitu אלב"ם ALBAM dicitur, & ità ordinatur:

א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ
ל מ נ ס ע פ צ ק ר ש ת

eâ vox ignota טבאל *Tabeel* Eſa. 7. v. 6. per nomen proprium רמלא *Remlah* Regis Iſraël exponitur; legendo ſcilicet Reſch pro Theth, Mem pro Beth, &c. quòd veritus ſit Propheta, nè Rex expreſsâ ſui nominis mentione offenderetur, proinde illud de induſtriâ occultârit. Altera combinatio à ſtructurâ את"בש ATHBASCH dicta, ſic collocatur:

א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ
ת ש ר ק צ פ ע ס נ מ ל

eâ illud Jeremiæ, qui inſignis Cabaliſta fuiſſe perhibetur, cap. 51. v. 1. לב קמי *cor inſurgentium con-*

tra me, explicatur per כשדים *Chaldæos*, legendo ſcilicet Caph pro Lamed, Sin pro Beth, &c. quo ſanè modo, non Thargum ſaltem per על בבל ועל יתבי ארעא כסדאי ſed & Græca verſio per *χαλδαίυς* reddidit, quaſi omnino ad Atbaſch reſpexiſſent. Ibid. Jerem. 51. verſ. 41. & cap. 25. v. 26. fictitium nomen ששך *Seſach* per בבל *Babel* redditur, quod R. Sal. J. בגמטריא דאת בש״ per Gematriam modi Atbaſch factum eſſe annotavit. per eandem quoque DEI nomen יהוה in מצפץ convertitur, quod regno Davidis tantùm quadrare, Cabaliſtæ (neſcio quare) dicunt. Porrò hanc quoque ſcribendi rationem, quantumvis occultè habitam, ad gentes emanaſſe credibile eſt. nam ſimile quid etiam inter Latinos reperio, apud Suetonium in vitâ Julii Cæſaris. *Is ſi quid occultius proferendum eſſet, per Notas ſcripſiſſe dicitur, hoc eſt, ſic ſtructo literarum ordine, ut nullum inde verbum effici poſſet. quæ ſi quis inveſtigare ac perſequi vellet, quartam Elementorum literam, hoc eſt, D. pro A. & perinde reliquas commutabat.* hoc modo:

Alph. Scriptum.	d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z a b c.
Alphab. Lectum.	a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z.
Exempli gratiâ pro	S I V A L E S B E N E E S T
Scribebat doli conſcio	X M Z D O H X E H Q H H X Y

quem Julianæ Steganographiæ modum AGellius quoque lib. 17. cap. 9. Noct. Attic. confirmat, *clandeſtinum inter Cæſarem & C. Oppium atque B. Cornelium (qui res ejus abſentis curabant) conventum fuiſſe memorans, de commutando literarum ſitu. apparuiſſe in epiſtolis ejus literas quaſdam ſingularias ſine coagmentis Syllabarum, quas inconditè poſitas eſſe aliquis putârit, ſiquidem verba ex eis confici impoſſibile videbatur. potuiſſe autẽ ſingulis ſuam poteſtatem & locum reſtituere eos, qui bus ab initio ſic complacuiſſet, dum hanc ſcribendi latebrã pararent.*

V. Ad tres enumeratas Cabalæ ſpecies, videtur & Quarta pertinere quam צורית ZURIITH *Figurativam* nuncupant: ubi vel ex ipsâ & antiquâ literarum picturâ quidpiam

quidpiam eliciunt; vel characteres illos veteres, cum novis & arcanis permutant. Sunt igitur duo ejus modi.

¶ Prior, qui circa figurarum alluſiones occupatur. illius officium eſt cauſas dicere, cur aliquæ literæ cæteris Majores, aliæ minores, jam ab antiquo & ſemper exaratæ fuerint? cur Nun alicubi inverſum? Ayn verò ſupra lineam ſuſpenſum ſit? & quæ ſunt talia, cum ſtupore legentium, in Bibliis etiamnum hodie viſa. Item cur in illo Eſaiæ 7. v. 14. *Ecce Virgo concipiet*, vox העלםה cūm Mem clauſo in medio, præter morem linguæ olim ſcripta fuerit? quod Chriſtiani Cabaliſtæ de perpetuâ Mariæ Virginitate explicant. de quo Munſterus in notis ad illud caput, & rurſus iiſdem ferè verbis, in præfatione ſuper Mattheū Hebraico-latinum, utrobique contra Judæos ועוד תמצא בקבלה בתרגום יונתן שהמ"ם של העלםה מ"ם סתומה ובודאי הוא רמז שהיא היתה בתולה קודם הלידה ואחר הלידה: *Porrò invenies in Cabala, è Thargum Jonatha (quamvis autē hodie in noſtris Exemplaribus ſecus ſit, non tamen puto tantum virum hæc abſq; fundamento aſſeveraſſe, nedum Judæis, qui eum vanitatis convincere potuiſſent, tam conſtanter objectaſſe) quòd litera Mem vocis* haalMah *ſit clauſa* (ם *qualis in fine pingi ſolet*) *certè id innuit, eam fuiſſe virginem ante partum & poſt partum.* hâc quoq; ratione explicandum eſſe videtur illud Ezech. 9. v. 4. dixit Dominus ad eum (virum qui atramentarium ſcriptoris geſtabat in lumbis ſuis) tranſi per mediam Jeruſalem והתוית תו *& ſigna Thav* ת ſuper frontes virorū gementium. quod Tertullianus de litera T crucem Chriſti repræſentante accepit, Cyprianus autem malo & antennæ in navi, Item temoni & jugo in libra confert: quam rectè, jam non diſquiro. Huc pertinent omnes illæ ineptiæ, quas de literarum figuris comminiſcuntur Judæi, & univerſa ipſorum ridicula Theologia ſuper Characterum picturas extructa v. g. quod Baal-Maggid-Miſchneh, Commentator Maimonis pag. 51. fac. 1. ex Akibâ tradit, de brachiolo vel manu li-

au literæ Aleph צריך לדקדק בעשיית גוף האותיות א · באלפא ביתא דרבי עקיבא מפני מה יו״ד של אלף זקיף למעלה מצדו· מכני שמעיד בו וצווה להק״בה שהוא אמת וכו׳ וג□ צריך שלא יהא נמשך ושפל למטה אלא זוקף: *oportet nos hic Philoſophari (criticâ ſuotilitate) circa facturam corporis literarum. In Alphabetho R. Akiba (legitur) cur Jod (h.e. anterior apex) literæ Aleph erectum ſupernè, è latere ejus? Ideò quòd teſtatur eo & reſpicit ad Deum O. M. qui eſt* א *Emeth veritas, &c. proinde neceſſe eſt (cavere) nè ſit tractum aut humiliâtum deorſum, ſed erectum.* Et circa finem paginæ de gibbo literæ Cheth חזינן להו לספרי תקני דחטרו ליה לגגיה ד״חית כלומר חי ברומו של עולם: *cernimus in correctiſſimis libris, quod gibbus inſit tecto literæ Cheth (h. modo* ח *quo & Ego in antiquiſſimis M. Scr. membranis Illuſtris Collegii, ſæpè animadverti) quaſi diceret, vivit (Chai, alludit ad etymon Cheth) in excelſiori loco mundi, &c.* ubi plura hujus farinæ; quæ referre pudet. Item quæ in Bereſchith-Rabba col. 3. de legis initiali literâ Beth infantiliter proponuntur. למה ב״ב אלא מה ב״ זה· יש לו שני עוקצין אחד מלמעלה ואחד מלמטה מאחריו· אומרי□ לב״ מי בראך והוא מראה בעוקצו מלמעלה ואומר׳ זה שלמעלה בראני· ומה שמו׳ והוא מראה להן בעוקצו של אחריו ואומר וי׳ שמו: prior commentator, hoc idem è Thalm. Jeruſchalm. tract. Chagig. citans, addit hanc explicationem: פירו׳ לפי שהב״ית סמוכה כסדר לאל״ף והוא אחד: *Quare cum Beth (incepit hiſtoria creationis?) at quid Beth hoc? ſunt ei duo apices (κεραῖαι Matth. 5.) unus ſupra, & alter infra à tergo ejus (hoc modo* ב *) ſi quis igitur quærat è Beth, quis te creavit? ipſum monſtrat apice ſuo ſurſum, & reſpondet, is qui in ſublimi eſt, me condidit. ſi quis inſtet: Et quodnam nomen ejus? oſtendit illud alterum apicem poſteriorem, & dicit, Dominus nomen ejus.* Gloſſa. *ideò quòd Beth conjunctum eſt ordine literæ Aleph (immediatè antecedenti) illa ſonat (in numeris 1. & in Raſche thebot Æchad) unus, hoc eſt,*


DEUS.

DISPU-


DISPUTATIO QVINTA.

Reſpondente
JOHANNE ERHARDO CELLIO, TUBINGENSI.


HÆc PRÆCEDENTIA, SI PRO Fidei Articulis venditant, omninò averſamur: ſi pro ingenuo ingenii luſu, admittimus. Tales enim crebri & apud Poëtas reperiuntur, qui per: *dimidium ſphæræ, ſphæram, cum principe Romæ*; vel quod idem eſt, per: *falcatam lunam, ſolem, canis iram* COR: per *anguem verò, annulum & normam* SOLem hieroglyphice ſignificant. Cujus generis eſt & illa Pythagorica literæ Y expoſitio, à Marone decantata: *Littera Pythagoræ diſcrimine ſecta bicorni, Humanæ vitæ ſpeciem præferre videtur. Nam via virtutis dextrum petit ardua collem, Difficilemque aditum primùm ſpectantibus offert; Sed requiem præbet feſſis in vertice ſummo. Molle oſtentat iter via lata, ſed ultima meta Præcipitat captos, volvitque per ardua ſaxa, &c.* Sed nec Græcos in hujuſmodi picturis rudiores fuiſſe, teſtatur artificioſa illa nominis ΘΗΣΕΥΣ hypotypoſis, quam ex Euripide, Agathone & Theodecte repetjit Reuſnerus in ænigm. pp. 47. & 68. Quo pertinet & illud *τριπλῶν τρίγωνον δι' ἀλλήλων καὶ πεντάγραμμον* (vulgò Trottenfuß dictum)



ctum) in græcas literas ὑγίεια reſolubile; ut appictum ſchema docet. quod olim perpetuus ille victor Antiochus Soter in militaribus ſignis habuit, adeoque monetis quoque impreſſit: hodiè verò apud noſtrates planè in ſuperſtitionem abjit, ut ſtultulæ matres infantum cunas infauſtas credant, quæ hiſce ineptiis non ſunt inſignitæ. ¶ Poſterior modus continet varios & arcanos Alphabethi ſacri characteres, quibus occultant, ſi quod myſterium Chriſtianum è Cabala didicerunt; ne ſcilicet rudiores Judæos offendant, aut defectionis occaſionem præbeant, ſi publicè omnes reſciſcerent. Talia ſunt multa; quædam alicubi terrarum uſitata: pleraque verò ab ipſiſmet confictà, unde nec publicè extant, nec facilè à vulgari Judæo intelliguntur. appingam verò exempli gratia ſaltem duo notiora, quorum unum dicitur ABARICUM, cujus etymologia è ſeq. verbis Mikne Abrah. debalmes p. Aleph. 5. b. intelligitur, unde & figuras deſumpſi זהו כתב עבר הנהר כפי מה שמצאתי בספר ישן נושן: *hæc eſt ſcriptura Æbber hannahar, hoc eſt, tranſfluvialis, prout eam reperi in libro vetuſtate inveterato*



alterũ eſt SAMARITANUM, & habet (teſtib⁹ è Vaticanâ bibliothecâ, Bellarm. & Villalpãdo) hujuſmodi characteres.



quos ante Eſdram toti populo Iſraëlitico communes, adeoque primævos fuiſſe, quibus Moſes legem ſcripſerit; poſtea demum, odio Samaritanorum, & nè quid commune haberet populus Iſraël cum Schiſmaticis, in hodier-

hodiernos quadratos converſos eſſe, aliqui nobis perſuadere conantur. & inter Chriſtianos quidem B. Hieronymus in prologo galeato, qui in Græcis Bibliorum exemplaribus ſuæ ætatis, nomen Dei per duo Jodim (ſicut etiamnum hodie in Thargum ſolet.) ſed Samaritano charactere hoc modo  ſcriptum vidit, quod non intelligentes *πιπι* legerunt. Item noſtrâ ætate Joſephus Scaliger in Chronologicis notis ad Euſebium, ubi id abſq; ratione, tantùm affirmat, ſimulque in diſſentientes ſtomachatur. Inter Judæos verò, cum omnibus Thalmudicis è tract. Sanhedrin, etiam Nachmanides ille, in appendice quem ſuis Peruſche-Hatthorah adjunxit, p. antepen. ubi Siclum quendam, ſibi in Palæſtinâ viſum, in ſubſidium vocat. Verba ejus, alioquin recitatu digniſſima, tota adſcribam : ברכני הש׳ עד כה שזכיתי ובאתי לעכו ומצאתי שם ביד זקני הארץ מטבע כסף׳ מפותח פתוחי חותם׳ מצדו האח׳ כעין מקל שקד׳ ומצדו השני כעין צלוחית׳ ובשני הצדדין סביב כתב מפותח באר היטב· והראו הכתב לכותיים׳ וקראוהו מיד· כי הוא כתב עברי אשר נשאר לכותיים· כמו שנזכר במסכ׳ סנהדרין· וקראו מן הצד האחד׳ שקל השקלים· ומן הצד השני׳ ירושלם הקדושה· ואומרים כי הצורות מקלו של אהרון שקדיה ופרחיה׳ והצורה השני׳ צנצנת המן· ושקלנו אותו בשלחנות׳ ומשקלם עשרה כסף וכו׳ *Benedixit mihi* DEUS *huc uſque, quòd dignus habitus fui, & perveni Acco (urbem Phœniciæ non procul à Tyro, cujus mentio fit Judic.* I. *verſ.* 13. *poſteà Ptolemais dictam, ad ripam maris mediterranei ſitam, portu capaciſſimo, ubi appellunt Europæi in Syriam tranſvecti, quo & Author Palæſtinam viſurus, ex Hiſpania delatus eſt,) & inveni ibidem apud ſeniores illius terræ, Monetam argenteam exſculptam ſculpturis ſigilli, (hoc eſt, Chalybeo typo procuſam) in cujus altero latere erat quaſi aſpectus virgæ amygdali, & ex altero q. aſpectus paropſydis (qualem ex hâc deſcriptione appinxi) & in amborum laterum circuitu ſcriptu-*



ra exſculpta (cuſa) ſatis evidens. & oſtenderunt ſcripturā Cuthæis,(hoc eſt,Samaritanis,à Salmanaſſaris temporibus ibi loci reliquis) qui legerunt eam illicò. Eſt enim ſcriptura Hebræa, reſidua Cuthæis illis, prout memoratur in Maſſichta Sanhedrin. legerunt autem è latere uno. שקל השקלים Siclus ſiclorum (*non Siclus Iſraël, ut vulgò putant) & ex altero* ירושלם הקדושה Jeruſchalaim Sancta. *& dixerunt, quòd figura baculi Aaronis ſint amygdala & flores ejus, & figura ſecunda, urna Mannæ. appendimus autem illam libellæ-nummulariæ, & pondus ejus fuit decem Argenteorum,&c.* cætera ſuo loco relinquo. at quòd Cuthæi reſiduam habeant antiquam Hebræorum ſcripturam, id nequaquam credo. ut enim in religione Samaritani à Judæis,non hi ab illis defecerunt; ità & in ſcriptione ſacer Dei populus antiquas figuras retinuiſſe, Schiſmatici verò ut in omnibus different, etiam Characteres literarum mutaſſe, meritò exiſtimandi ſunt. quid? quod ipſa *Merubba*, hoc eſt, quadrata literarum pictura, utpote ſibi conſtans, æquabilis, facilis & in decoram lineam coagmentabilis, vocis inſuper formatricum organorum diſpoſitionem quodammodo referens, adeoque ipſo aſpectu reconditam majeſtatem quandam præ ſe ferens, potius legiſlatori ſapientiſſimo congruere videtur,quàm hæc hiulca deformis, aſpera, operoſa & exaratu difficilis, adeoque ut ex omnibus circumſtantiis apparet Factitia? nec quicquam hic illi probant Sicli; ſiquidem (ut diſſentientium nonnulli ultrò fatentur) antiquiores quoque Nummi reperiantur, cum Quadratâ inſcriptione tali: in uno latere דוד המלך ובנו שלמה המלך *David Rex, & filius ejus*

ejus Salomo Rex: in altero, circa depictam arcem ירושלם עיר הקדש *Jeruſchalaim urbs ſancta.* Sed meritò nobis palmarium eſt illud Chriſti, Jota minimum legis apicem eſſe agnoſcentis Matth. 5. v. 18. quod omninò hodiernæ noſtræ figuræ ſimplici י non Samaritanæ ࠉ convenit. Oppono autem Judæis ſuprà citatum R. Abrahamum de balmes. p. Aleph. 3. b. ואולם צורת האותיות היא זאת אשר
נכתוב כי יש לדעת שמכתב האותיות אצל העברים הוא על פנים
שונים לפי חילוף המדינות אך אמנם המשותף לכל הוא צורת
האותיות שקוראים אשורית שהיא מיושרת באותיותיה ויצאה
עמנו מאשור ** והיא הכתיבה שבה נכתבה התורה והיא כתיבת
הקדש באמת Et p. Aleph. 5. b. הסופרים ליפות כתבם החליפו
צורותיהן לאומותם ללשונותם חלוף אין ראוי לחוש עליו· אבל
אחרי כן בשאר כתיבות ההמון נפל חילוף רב באותיות ולא
נשמרה הכתיבה האשורית כי אם במקרא: *Veruntamen figura literarum hæc eſt quâ ſcribimus. Eſt enim ſciendum, quòd ſcriptura literarum apud Hebræos habeat Modos varios, pro diverſitate provinciarum; ſic tamen ut participent omnes de formâ literarum, quam vocamus* Aſſyriacam *(NB. aliud cognomen Quadratæ) quæ verè eſt orthographica, & egreſſa nobiſcũ ex Aſſyria. ipſa enim eſt ſcriptura, in quâ exarata fuit Lex, adeoq́ ſcriptura ſacra in veritate. Scribæ ut pulchram facerent ſcriptionem ſuam, permutârunt figuras earum pro nationibus & linguis ſuis, quæ mutatio non digna eſt divinatione ſuper ſe. ſed poſtea in reliquas ſcripturas vulgares (* **currentes** *) incidit permutatio magna quoad literas, neque ſervata eſt ſcriptura Aſſyriaca, niſi in Bibliis.* Et hæc hactenus de Artificiali Cabala.

VI. Præter eam eſt alia quædam ΑΤΕΧΝΟΣ Inartificialis Cabala, ſic dicta, quòd nullis literarum ſubtilitatibus, ut antecedentes ſpecies, vel certè non ità evidenter apparentibus nitatur, ſed ſolâ orali traditione conſtet. Eſtque iterum pro ætatis gradibus duplex, Moſe nimirum vel Antiquior vel Junior. ¶ Ad priorem refert Schindlerus in lexico ſuo, doctrinam Patriarcharum

rum, ante ſcriptam legem oretenus tantùm propagatam; quales fuerint, ante diluvium, traditiones de creatione Mundi, Paradiſo, ſeptimo die, lapſu hominis, fratricidio Caini, &c. poſt diluvium verò Septem Præcepta filiorum Noæ, ab illius temporis Eccleſiâ publicè obſervata, & in decalogum maximâ parte cum latâ lege relata, àque Thalmudicis toties inculcata. ſcilicet 1. ברכת השם *benedictio* DEI, ut laudes ipſi dicerent, preceſque funderent. 2. עבודה זרה *cultus alienus*, nè Idolis ſervirent. 3. דינין *Judicia.* ut Juſtitiam adminiſtrarent. 4. שפיכת דמים *effuſio ſanguinum*, nè quòd homicidium patrarent. 5. גילוי ערוות *revelatio nuditatum*, nè vagis libidinibus contaminarentur. 6. גזל *rapina*, nè alienum appeterent. 7. אבר מן חי *Membrum de vivo* animali nè tollerent. Quæ eadem præcepta, Act. 15. gentibus converſis, loco Moſaicorum imponebantur. ¶ Ad poſteriorem pertinent pleraque Apophthegmata patrum in Pirke-Afoth. item Myſticæ illæ & Paradoxæ Cabaliſtarum propoſitiones, quæ apud Joh. Picum Mirand. Petr. Galatinum, Johan. Reuchlinum, &c. reperiuntur. Quemadmodum enim Pythagorici olim Philoſophiam moralem non apertè ſed Symbolicis præceptis tradebant, v. g. quòd Amicitia non violanda ſit, *panem frangere vetabant:* quòd iracundus non irritandus, *Ignem gladio fodere probibebant:* quòd animus curis non conficiendus, *cor non comedere ſolebant:* quòd mutabiles amici non fovendi, *birundines ſub tecto non ferebant:* quòd multitudini ſe non opponendum, *occurrenti pecudum Gregi è viâ cedebant, &c.* qui ritùs vulgò abſurdi & ridiculi habebantur, à ſolis verò hujus ſectæ cultoribus, quid vellent, intelligebantur: Ità Priſci Cabaliſtæ multa religionis noſtræ myſteria cognoviſſe putantur, ea verò ceu margaritas porcis objicere, hoc eſt, profanæ multitudini deridenda propinare noluiſſe; & quòd iſta publicè tunc ſciri nondum tempus erat, ejuſmodi

dicte-

dicteriorum, plerumque à rebus geſtis vel alio memorabili caſu deſumptorum involucris texiſſe, interq; omniũ ætatum ſanctiores tantùm & ſapientiores occultè ſic propagaſſe dicuntur. Cujus generis paradoxas aliquot illorum propoſitiones, notæ apud antiquitatem celebritatis, & longè aliud in receſſu habentes quàm primâ fronte promittunt, Exempli ſaltem cauſsâ, è ſupra memoratis authoribus hûc tranſcribam: etiamſi abſtruſos ipſarum ſenſus Egomet non ſatis aſſequar. *Decem veſtimentis indutus* DEUS *creavit hunc mundum* (fortè de 10. verbis; & dixit DEUS, accipiendum ad quæ alludit initium cap. 5. in Pirke Afoth) *Ædificium mundi eſt cubicum habens 6. latera.* (puto intelligi ſextiduum creationis) *Linea viridis gyrat univerſum mundum* accipitur de providentia divinâ.) *Mundus tunc aſſequetur perfectionem, quando manus per dentes jungetur vncino.* (videtur ſalutare nomen ישו innui. nam Jod manum, Schin dentem, vav uncinum ſignificat.) *Glorioſus Adam collocatus eſt in medium Paradiſi.* Item. *Non fit Rex terreſtris, niſi humilietur militia cœleſtis.* (arbitror ambas Meſſiam attinere) *veſtimentum Meſſiæ rubebit* (num propter ſanguinem paſſione effuſum?) *Abram non gignit ſed Abraham: Sarai non parit ſed Sarah.* (utrobique addita literâ He, quæ eſt è duplicatâ nominis Tetragrammati. videntur hæ nominum mutationes, Incarnationem filii Dei, ex illorũ poſteris oriund: innuiſſe. Non certè fruſtra Deus hanc aſpirationem inſeruit Gen. 17. v. 5. & 15. oportet grande aliquod myſterium ſub ה latere.) *Abraham vidit nepotem ſuum Cabaliſticè per lineam rectam* (Meſſiam oculis fidei. congruit cum Joh. 8. v. 56.) *omnis profectio Abrahami ſemper verſus Auſtrum.* (neſcio quid velit) *Iſaac ibat portans crucem ſuam.* (in hoc Typus Chriſti:) *Jacobus prophetebat per cervam unicornem* (obſcurum!) *non per Bath Kol.* (*ut poſteriores Prophetæ.*) *Joſephi oſſa tantùm ſepulta ſunt, non corpus.* (ignota ſignificatio) *Tiphereth matrimonio jungitur Keneſeth*

ſeth Iſraël (Chriſtus Eccleſiæ inenarrabili amore deſponſatus) *Generatio non eſt proſpera, niſi quis mediâ nocte copuletur cum Tiphæreth* (preces irritæ, niſi mundanæ cogitationes ſileant.) *Angelus 6. alarum nunquam transformatur.* hoc ænigma difficiles habet explicatus) *lumen ſupernum nunquam deſcendit abſque pallio.* (Gratia ſpiritualis nunquam operatur ſine indumento.) *Precioſa mors oſculi ſanctorum in conſpectu Dei, &c.* Hæc ſunt fragmenta veteris Cabalæ, de cujus certiori ratione hodie non ſatis (præſertim inter Chriſtianos) conſtat. unde nec ego diutius ei immoror. qui meliora novit, conferat liberaliter in medium, & laudabo; tantùm abeſt ut Invideam.

VII. Hæc adumbrata hactenus Cabala, à Profeſſoribus ſuis Judæis ità ſtudioſè occultatur, ut vulgus planè nihil; eruditorum verò vix centeſimus quiſquam aliquid de eâ reſciſcat. unde non mirum eſt, quòd & inter Chriſtianos tàm rara ejus notitia: mirum verò quòd Plinius aliquid de eâ inaudivit. R. Bechaii Bar Aſcher, qui eam calluit, & multa paſſim ſed obſcurè prodidit, in ſuo Biur al Hatthora, editionis quintæ octern. Aleph p. 2. col. 3. lectoribus ſeriò injungit, nè temerè effutiant, ſi quæ myſteria inde didicerint. חייב אתה להעלימם שלא תוציאם מפיך · כענין שכתוב ׳ יהיו לך לבדך ואין לזרים אתך· וכן דרשו ז"ל מאי ולמכסה עתיק ׳ דברים שכסה עתיק יומיא ט תגלם: *obligatus es, inquiens, abſcondere ea, neq; proferre ex ore tuo. juxta id quod ſcriptum eſt. Prov. 5. v. 17. ſint tibi ſoli, nec extraneis tecum. ſic quoque exponunt R. p. m. illud Eſa. 23. v. 18. & occultanti Antiquum: quid hoc? verba quæ occultavit Antiquus dierum, tu ea nè revelato.* Olim quidem omni ejus cupido liberaliter communicata eſſe fertur; cum autem ad Abuſum (ut quævis ſanctiſſima) trahi cœpiſſet, non niſi paucis, iiſque tanto myſterio dignis hominibus concredita fuiſſe. Nominatim verò grande illud arcanum de שם המפורש *Schem-Hammephoraſch*, quod & ipſum

ipſum Cabalæ non minima pars eſt, ſtudioſiſſimè ſemper occultatum. prout legimus in Thalm. tract. Kidduſchin, cap. ult. æſreh Juchaſin. p. 17. f. a. poſt medium: תנו רבנן
בראשונה שם בן שתים עשרה אותיות היו מוסרים▭ אותו לכל
אדם▭ · משרבו הפריצים (המשתמשים▭ בו) היו מוסר׳ אותו
לצנועים שבכהונה (לברך בו העם במקדש ׳ לאחר עבודת ציבור
תמיד של שחר) והצנועו׳ שבכהונה מבליעים▭ אותו בנעימת
אחיהם (פי׳ רש״י הכהנים אותן שלא היו בקיאים בו ומברכים
בשם בן ד׳ אותיות ׳ כשהיו מושכין את קולם בנעימה ׳ היו אלו
ממהרים להבליע את השם בן מ״ב ׳ ולא היה נשמע לרבים מקול
נעימות חביריה▭ בנעימה ביסום [בסיום videtur eſſe] קול
שקורין טרוף :) *Docent Magiſtri noſtri: ab initio Nomen, quod eſt filius* 12. *literarum (quod per totidem exponitur. frequens hebraiſmus) tradebant omni homini. ex quo autem multiplicabantur nebulones (RSCHI in comment. marginalib. addit: qui eo abutebantur) tradebant illud ſaltem verecundioribus inter Sacerdotes. (idem Scholiaſtes: ut benedicerent per id populo, in ſanctuario, poſt cultum Eccleſiæ quotidianum, ſub aurorâ) & illi modeſtiores ſacerdotum Abſorbebant id in Modulatione fratrum ſuorum. (rurſus gloſſa: Sacerdotes illi, qui non erant exercitati in eo, & benedicebant nomine Tetragrammato, cum traherent vocem ſuam in melodiâ, feſtinabant alteri ut abſorberent nomen* 42. *literarum, neque audiebatur multis, præ voce modulationis ſociorum ſuorum, ſub finem vocis, quam vocant raptam vel coloratam.)* Ubi & Hiſtoriola ſubnectitur, de curioſo quodam Rabino, qui mirâ celeritate, & furtim quaſi, per clandeſtinam auſcultationem illud ſurripuerit. אמר רבי
טרפון · פעם אחת עליתי אחר אחי אמי (שהיה כהן ·) לדוכן ׳
והיטותי אזני אזל כהן גדול ׳ ושמעתי שהבליע שם בנעים׳ אחיו
הכהנים · *Dixit R. Tarphon (ipſo nomine Surreptor) vice quadam aſcendi poſt fratrem matris meæ (avunculum, qui erat Sacerdos) ad ſcamnum (ſacrum, hoc eſt, Suggeſtum) atque inclinavi aures meas apud Pontificem, & audivi quòd abſorpſerit (celeriter enunciando.) Nomen inter melodiam fratrum ſuorum*

Sacerdotum. Ibidem quoque requiſita perſonalia, & conditiones illorum recenſentur, quos ad tàm abſtruſa ſacra licuerit admittere. אמר רב יהודה׳ אמר רב׳ שם בן ארבעים ושתים אותיות אין מוסרין אותו׳ אלא למי שצנוע ועניו ועומד בחצי ימיו · ואינו כועס ואיננו משתכר ואינו מעמיד על מדותיו (לנטור איבה׳ שמא ישתמש בו להנקם) *Dixit Raf Jehuda, referente magiſtro: Nomen quod eſt filius 42. literarum (Schemhamphoraſch quod totidem conſonis conſtat) non tradebant illud niſi qui eſſet pudicus & humilis, ſtans in medietate dierum ſuorum, (hoc eſt, non minus 40. annos nato) neq; verò (revelabant) iracundo vel ebrioſo, nec etiam perſeveranti in ſententiâ ſuâ (pertinaci; velut Scholiaſtes hebræus explicat, retinenti ſimultatem: nè fortè abuteretur illo ad vindictam.)* Unde & Raf Eleazar, dicente ſibi Præceptore ſuo Johannan; veni, docebo te opus de Mercafa (ſublimioris illius Cabaliſticæ contemplationis, ex Ezechielis curru) modeſtiſſimè reſpondiſſe fertur: לא קשאי *non incanui.* q. d. per ætatem nondum idoneus tantæ rei auditor ſum, cupiditatum adhuc ardoribus æſtuo; ſed expecta donec conſeneſcam, atque refrigerato juvenili fervore matureſcam. adeò ſtudium hoc cæteris omnibus præferunt. Vocant illud דבר גדול *rem maximam;* reliqua verò, דבר קטן *rem minoris momenti.* conferuntque literalem ſenſum Candelæ, quæ minimo quadrante ematur: at hunc Myſticum, Margaritæ precioſiſſimæ, quæ tamen in obſcuro ædium angulo lateat, & per illum velut accenſam candelam inveſtigata reperiatur. Et certè, cum aliàs in omni ſtudio Judæi mortalium ambitioſiſſimi ſint, in ſolius Cabalæ ſcientiâ, ſingularem modeſtiam præ ſe ferunt, operosè extenuando ſe, & profundam tàm ſublimis ſpeculationis Ignorantiam palam profitendo. hinc & noſter Baal-Thurim præfationem ſuam ità orditur: הנה נא הואלתי לדבר׳ כי לא בינת אדם לי וחוילים לגבר׳ גם כי לא מילין להבר · כי נער אנכי מאיש ולא למדתי חכמה׳ ואין בי דעת ומזימה׳

ומזימה / ולא אתי יודע עד מה / אמנם צמאה לה נפשי ובשרי
לך כמה / אף אם נסתר ממני ונעלמה · כי היא מלאכת שמים /
וכל דבריה על אפנים / נדרשת היא לכל שוט בה על ירכים / ולכל
אשר יטה לה אזנים / כי לא מעבר לים היא ולא בשמים / אכן
קרובה היא לכל אשר יקרב אליה בלב ובשפתים · אשר יעזבנה
יום היא תעזבנו יומים: *Ecce cæpi ego loqui, cum tamen Intelligentia humana mihi non ſit, neque vires prævalendi, neque verba (librum) componendi. Nam brutus ſum præ quolibet viro (è Prov. 30. v. 2.) nec didici ſapientiam, nec eſt in me ſcientia, vel ſolertia, neque mecum aliquis, qui ſciat quouſque? veruntamen ſitivit eam ſibi anima mea, & caro mea te deſideravit (Pſal. 63. verſ. 2.) etſi abſconditum ſit à me & occultatum. Eſt enim illa opus cœleſte. omnia verba ejus ad Modos (certos vel formulas, quaſi rotulas accommodata, nihilominus Dei gratiâ perceptibilis) explicata omni inquirenti in eam ad latera, & omni qui inclinat ei aures ambas. Neque enim eſt trans mare (Deut. 30. 14. ut dicas, quis transfretabit nobis & illam afferet?) nec in cælis (ut cauſeris, quis noſtrum illuc aſcendet, & inde deportabit?) ſed propinqua omni (latet enim in ipsâ lege, quam quotidie tractamus) qui ipſemet appropinquat ad eam corde & labiis. (textus dicit, in* ore, *quaſi oralem Cabalæ propagationem innueret, ſed hic Rhytmus attendendus erat) qui deſerit eam per diem, illum deſeret ipſa per biduum, &c.*

VIII. Nunc porrò inquirendum eſt in primum hujus tàm occultæ ſcientiæ Authorem. Is à Judæis unanimiter ipſe Parens Prophetarum Moſes fuiſſe creditur; (nam quod de Raziele Adami, Zadkiele Abrahami, Raphaële Iſaaci, Peliele Jacobi, &c. Præceptoribus, ex ipſorum mente refert Reuchlinus p. 741. & ſeqq. hîc nunc miſſum facio.) Moſes inquam inter mortales primus Cabalæ Author fuiſſe ſtatuitur, qui præter ſcriptam legem ſuam, aliam ἄγραφον ejus explicationem, ſenioribus vivâ voce tradiderit; memoriæ tamen cauſsâ, ejus occulta quædam Symbola, in agro ſcripti Pentateuchi hinc inde

paſſim diſſeminârit. Id quod & Chriſtianorum quoſdam Patres agnoviſſe putat J. Picus Mirandul. huic ſtudio quondam deditiſſimus, citans illud Hilarii ſuper Pſalm. 2. *Moſes quamvis V. T. verba in literis condidiſſet, tamen ſeparatim quædam ex occultis legis ſecretiora myſteria 70. ſenioribus, qui Doctores deinceps manerent, intimaverat.* Et alterum Origenis, ſuper id Rom. 3. Eloquia Dei Judæis credita, &c. atque plura, quæ ibi reperies. Sanè vetus eſt inter Iſraëlitas opinio, quòd in ſcriptâ Moſis lege præter literalem & grammaticum ſenſum lateant arcaniſſima, non religionis tantùm, ſed omnium penè diſciplinarum, adeoq; Artis quoque Miraculorum arcana; quodvè mortalium ille ſapientiſſimus Solomo, ſcientiæ ſuæ theſauros, non aliunde, quàm è legis quaſi metallifodinâ eruerit. R. Bechai loco ſuprà citato: כבר בארו לנו רז"ל מעלת התורה ושלמותה / והיאך היא כוללת העליונים והתחתונים · עד שהודיעונו / שאלו נכתבה כסדרה / היה אדם יכול להחיות בה את המתים: *dudum declaraverunt nobis M. N. p. m. Excellentiam legis & perfectionem ejus, quomodo illa comprehendat omnia tàm ſuperiora quàm inferiora, adeoque certiores fecerunt nos, quòd ſi ipſa exarata eſſet (convenienti) ordine ſuo, homo inde poſſet vel mortuos ſuſcitare.* Et poſt pauca: גם המלך שלמה ידוע ומפורסם / שהיתה חכמתו רחבה מני ים / והכתוב העיד עליו / ויחכם מכל אדם / ואין ספק כי מתוך התורה למד הכל: *de Rege inſuper Salomone notorium atque manifeſtiſſimum eſt, quòd fuerit ſapientia ejus latior mari, ipſaque ſcriptura teſtatur* 1. *Reg.* 4. *v.* 31. *quòd ſapuerit præ omnibus hominibus, nec dubium eſt, quin è mediâ lege didicerit univerſum illud.* Non fruſtra Moſen tot diebus in monte Sinai commoratum fuiſſe dicunt. potuiſſe decalogum vel unâ horâ accipere: at fuiſſe 40. dies in ſublimioribus myſteriis addiſcendis detentum, quorum deinde obſcura tantùm veſtigia libris ſuis impreſſerit. R. Nachmanides ante medium præfat. ſuæ: זה אמת וברור הוא / שכל התורה כלה

מתחלת

מתחלת ספר בראשית / עד לעיני כל ישר״ל / הגיע מפיו של הק״בה / לאזני של משה · כענין שנ׳ להלן / מפיו יקרא ל״י את כל הדברים הא״ה / ואני כותב על הספר בדיו · הודיעו התחלה ענין בריאת השמים והארץ וכל צבאם / כלומר בריאת כל נברא העליונים והתחתוני׳ וגם כן כל הנאמר בנבואה / ממעשה מרכבה ומעשה בראשית / והמקובל בהם לחכמים / עם תולדות ארבעת הכוחות שבתחתונים , כח המחצבי׳ וכח צמחי האדם׳ ונפש התנועה ונפש המדבר׳ בכלם נאמ׳ למשה רבי׳ בריאתם ומהותם וכחותם ומעשיהם ואפיסת הנפסדים מהם · והכל נכתב בתורה בפירוש או ברמז: *Veriſſimum eſt & notorium, quòd univerſa lex, à principio libri Bereſchit, uſque ad (hæc verba ſub finem deuter.) in oculis totius Iſraëlis, pervenerit ex ore (dictantis) Dei O. M. ad aures (excipientis) Moſis; pari ratione quemadmodum alibi (Jer. 36. v. 18.) dicitur: ex ore ſuo (Jeremias) dictabat mihi (Barucho) omnia verba iſta, & ego ſcribebam ſuper librum atramento. docuit illum ab initio negotium creationis cœli & terræ & omnis exercitus illorum, hoc eſt, Creationem omnis creaturæ tàm ſuperiorum quàm inferiorum. ſic etiam omne quod dictum eſt per Prophetiam de opere Mercaſa & opere Bereſchit, & Cabaliſticè traditum eſt per ea ſapientibus; unà cum naturis 4. facultatum, quæ in Inferioribus, ſcilicet facultate mineraliũ & vegetabilium, item animâ locomotivâ & loquente (rationali) omnium illorum dicta eſt Moſi M. N. generatio & quidditas & potentiæ & opera & corruptio. Et id omne ſcriptum eſt in lege vel expreſſè vel implicitè, &c.* Ubi idem Rabinus, de famoſiſſimis illis 50. Portis Intelligentiæ, ad numerum Jubilæi, prolixam diſſertationem inſtituit, quòd omnes, præter unam ſupremam, Moſi apertæ fuerint, eaſque ille paſſim in lege per obſcura ſigna cum ſapientibus & dignis communicâric. וכל הנמסר למשה רבינו בשערי הבינה / הכל נכתב בתורה / בפירוש או ברמיזה בתיבות או בגימטרואות או בצורת האותיות / בכתובות כהלכתן או המשתנות בצורתן / כגון הלפופות והעקומות / וזולתו או בקוצי האותיות ובכתריהן · כמו שאמרו / כשעלה משה למרום / מצאו לה״קבה שהיה קושר כתרים לאותיות /

לאותיות / אמר לו אלו למה / אמר לו עתיד אדם אחד לדרוש בהם תילי תלים של הלכות עד / זו מנין לך / אמר להם הלכה למשה מסיני / כי הרמזים הללו לא יתבוננו אלא מפה אל פה עד משה מסיני: *quicquid traditum eſt Moſi m. n. per portas intelligentiæ, omne illud ſcriptum eſt in lege explicitè aut implicitè, per dictiones aut Gematrias, aut figuras literarum, aut ſcriptiones juxta conſuetudines earum, aut alterationes in figurâ earum, veluti combinationes & contorſiones, & præter eas aut per ſpinas literarum & per coronulas illarum. quemadmodum dicunt: cum aſcenderet Moſes in altum, reperit* DEUM *O. M. nectentem corollas dictionibus, inquit ei; quid hoc? reſpondit: futurus eſt homo, qui aliquando inquiret in eis cumulos cumulorum conſuetudinum æternitatis: iſte numerus eſto tibi: cæteris dic, eſſe traditionem Moſis è Sinai. nam quæ ſubinnuuntur, illa nemo intelliget, niſi ex ore ad os, retrò uſque ad te Moſen è Sinai.* Ibidem quoque omnem Salomonis ſapientiam, Moſaicæ Cabalæ acceptam refert. aſcribam & hoc: quanquam non totus aſſentiar. ab ipſomet enim Deo immediatè (per preces tamen) eam impetraſſe legitur. 1. Reg. 3. verſ. 9. 12. ושלמה המלך ע״ה / שנתן לו האלהים החכמה והמדע / הכל מן התורה היה לו / וממנה למד עד שידע סוד כל התולדות / ואפילו כחות העשבים וסגולתם / עד שכתב בהן אפילו ספר רפואות· וכענין שכתוב / וידבר על העצים מן הארז אשר בלבנון / ועד האזוב אשר יוצא בקיר *** וכל זה ידע בתורה / והכל מצא בה בפירושיה בדקדוקיה באותיותיה ובקוציה / כאשר הזכרתי *** אפילו פלפלין נטע שלמה בארץ · וכיצד היה נוטען · אלא שלמה חכם היה / והיה יודע עקר משתיתו של עולם ** ויודע אי זה גיד שהוא הולך לכוש / ונטע עליו פלפלין / ומיד היו עושין פירות ** *Salomo Rex, ſuper quem ſit pax: quòd dedit ei Deus ſapientiam & ſcientiam, id omne contigit ei (mediatè, ſcilicet) è lege, & exinde didicit, uſque dum cognoſceret arcanum omnium generationum, & vires herbarum & proprietates earum, adeò ut ederet de illis etiam Librum Medicinalem. prout ſcriptum eſt (1. Reg. 4. verſ. 33.) & locutus eſt de arboribus à Cedro qui eſt in Liba-*

Libanon, uſque ad hyſſopum, qui egreditur è pariete. [*& poſt allegationem libri ſapientiæ Solomonis, ſuprà etiam à nobis pag. 44. tacti, pergit*] *hæc omnia novit è lege* [meminerit lector iſta non tàm ex meo quàm Judæorum ſenſu dici] *cunctaque invenit in eâ, in explicationibus ejus, in ſubtilitatibus ejus, in literis ejus, & in ſpinis (vel apicibus) ejus, ſicut memini.* [*& iterum poſt multa, de Arte divinandi, quâ præſtiterit ipſis orientalibus populis, filiis Kedem & Ægyptiis* 1. *Reg.* 4. *v.* 30. *quæ hîc inſerere nimis longum foret*] *etiam Piper plantavit Solomo in terra. Et quomodo plantavit illud? nimirum ſapiens fuit, noſcens fundamentum poſitionis mundi.* [*& poſt pauca*] *gnarus quiſnam eſſet nervus (vel meatus terræ) qui tenderet in Æthiopiam; ſuper hunc plantaverat piper, & confeſtim fecerat fructus. Eccleſ.* 2. *v.* 8.

IX. Poſt authorem etiam aliquid dicendum eſt de cæteris ejus ſtudii Cultoribus, & continuâ Cabaliſtarum ſucceſſione. Inter ipſos ergò fuiſſe traduntur plerique Prophetarum, nominatim verò Jeremias, quem inſigniter hujus artis peritum extitiſſe credunt, prout id veſtigia in libro ſuo adhucdum apparentia loquantur, ut ſupra notatum. Sed reliquis palmam præripuiſſe fertur Eſdras, & quicquid de Cabalâ tenuerit, illud omne in literas primus retuliſſe, atque 70. voluminibus (non tamen publicatis, ſed Dei juſſu abditis) comprehendiſſe. id quod Chriſtianus aliquis, qui Vet. T. Apocryphos admittit, Judæo fortè plenius probare poſſet ex 4. Eſdr. 14. v. 46. *Priora quæ ſcripſiſti in palam pone, legant digni & indigni. noviſſimos autem* 70. *libros conſervabis ut tradas eos ſapientibus de populo tuo. in his enim eſt vena intellectus (Picus accipit de Theologiâ novi Teſt.) & ſapientiæ fons (Metaphyſica de Angelicis formis) & ſcientiæ flumen (rerum naturalium Philoſophia) atque ita feci.* Idem Picus ſummè ſibi gratulatur, & raræ felicitatis loco ducit, quòd eos libros, quantumvis cariſſimè à Siculo quodam Judæo redemptos, oculis ſuis uſurpare potuerit. Sed præſtat ipſiuſmet verba, eodem penè

vocum

vocum numero diverſis locis præ gaudio repetita, huc aſcribere: *Sixtus IV. Pont. M. curavit ut latinis literis illi libri mandarentur, & cum deceſſit, tres ex illis pervenerant ad latinos. Illi apud Hebræos hâc tempeſtate tantâ religione coluntur, ut neminem liceat, niſi Annos* 40. *natum illos attingere. Hos ego libros, non mediocri impensâ mihi cum comparaſſem* [*dicitur autem* 7000. *ducatos in Bibliothecam ſuam impendiſſe.*] *ſummâ diligentiâ, indefeſſis laboribus cum perlegiſſem, vidi in illis, Deus eſt teſtis, religionem non tàm Moſaicam, quàm Chriſtianam. Ibi Trinitatis myſterium, ibi verbi Incarnatio, ibi Meſſiæ divinitas. ibi de peccato originali, de illius per Chriſtum expiatione, de cœleſti Jeruſalem, de caſu Dæmoniorum, de ordinibus Angelorum, de Inferorum pœnis, eadem legi, quæ apud Paulum & Dionyſium, apud Hieronymum & Auguſtinum quotidie legimus. In his verò quæ ſpectant ad Philoſophiam, Pythagoram prorſus audies, & Platonem; quorum decreta ita ſunt fidei Chriſtianæ affinia, ut Auguſtinus noſter immenſas Deo gratias agat, quòd ad ejus manus pervenerint libri Platonicorum. In plenum nullâ eſt fermè de re nobis cum Hebræis controverſia, de quâ ex libris Cabaliſtarum ità redargui convincique non poſſint, ut nè angulus quidem reliquus ſit, in quem ſe condant. cujus rei teſtem graviſſimum habeo Antonium Cronicum, virum eruditiſſimum, qui ſuis auribus, cum apud eum eſſem in convivio, audivit Dactylum Hebræum peritum hujus ſcientiæ, in Chriſtianorum prorſus de Trinitate ſententiam pedibus manibuſque deſcendere. hactenus ille.* Falluntur ergò hîc, qui putant, antiquitus planè nihil de Cabalâ in literas relatum fuiſſe, ſed omnia ſoli memoriæ ſeniorum concredita. fuit omninò ſemper aliquid de eâ ſcriptum, ſed furtivum quid ſaltem, pauculum & obſcurum, neque verò publicum, multum aut cuivis intelligibile. Id quod Rambamus, fatetur, in præf. ſuorum librorum, quos ipſe *Miſchnajoth*, hoc eſt, δευτερώσεις indigitavit, vulgus autem à circumſcripto Emblemate, ex Deut. 34. ult. *Jad-Chazakah*, hoc eſt, manum fortem, denominat.

pag. 2.

pag. 2. col. 1. ממשה רבינו ועד רבי' הקדוש לא חיברו חיבור /
שמלמדין אותו ברבים בתורה שבעל פה · ﭏא בכל דור ודור ראש
ב"ד / או נביא שהיה באותו הדור / כותב לעצמו זכרון השמועות /
ששמע מרבותיו · הוא מלמד על פה ברבי' וכן כל אחד ואחד כותב
לעצמו / כפי כחו מביאו' התורה ומהלכותיה כמו ששמע ומדברי'
שנתחדשו בכל דור ודור בדינים / שלא למדום מפי השמועה / ﭏא
במידה מי"ג מידות / והסכימו עליהם בית דין הגדול · וכן היה
הדבר תמיד עד רבינו הקדוש: *A' Moſe M. N. uſque ad Rabbinum
Hakkadoſcb, non editus eſt ullus tractatus, quo doceretur publicè
lex oralis: ſed in ſingulis generationibus Præſes Collegii Judicialis,
aut Propheta, ſi quis illâ ætate extitit, ſcribebat ſibimet ipſi Memo-
riale auditionum quas hauſerat à Præceptoribus ſuis, illudq́ do-
cebat oretenus multos alios. & ſic unuſquiſq́ notabat ſibi ipſi pro
viribus ſuis è proventu legis & conſuetudinibus ejus, quemadmo-
dum audiverat, & è verbis ejus. Singulis generationibus aliqua
innovarunt in judiciis, quæ non didicerant per auditionem, ſed
per unum è* 13. *Modis (nempe R. Iſmaëlis, per quos lex explicari
dicitur, de quibus alibi dicam) & conſenſerunt circa ea Aſſeſſores
Judicii magni. & ſic continuatum erat ſemper, uſq́ ad Rabbinum
Hakkadoſcb.* Ubi & illum excuſat, quòd hæc arcana pri-
mus & publicè proſtituerit. factum id eſſe, non libidine
proditionis, ſed Amiſſionis metu, nè ſcilicet inter tot ca-
ptivitates & exilia populi Iſraëlitici prorſus intercideret
hoc tàm nobile ſtudium. verba ſunt: והוא קבץ כל השמועות
וכל הדינים וההוראות והפירושין ששמעו ממשה רבינו שלמדו
ב"ד שבכל דור ודור בכל התורה כולה וחיבר מהכל ספר המשנה
ושנאו ברבים ונגלה לכל ישרﭏ וכתבוהו כולם ורבצו בכל מקום
כדי שלא תשתכח התורה שבעל פה מישרﭏ · ולמה עשה רבינו
הקדוש כך ולא הניח הדבר כמות שהיה כבר · לפי שראה
שהתלמידים מתמעטים והולכים והצרות מתחדשות ובאות
ומלכות הרשעה פושטת בעולם והולכת וגוברת וישרﭏ מתגלגלין
לקצוות: *Et is collegit omnes auditiones & Judicia & demonſtra-
tiones & gloſſas quas audiverunt à Moſe M. N. & docuerunt in
collegiis ſingularum generationum, per univerſam legem: atque*

compoſuit ex omnibus illis librum Miſchnah, eumq́ repetjit publicè. ſic revelatum eſt omni Iſraëli, qui deſcripſerunt cuncta & repoſuerunt ubiq́ locorum, ideò ſcilicet, nè oblivione periret lex oralis ab Iſraël. At cur hoc fecit R. Hakkadoſch? cur non reliquit hanc rem in priſtino ſtatu ſuo? Ideò quòd animadvertit diſcipulos quotidie imminui & deficere, tribulationes contra innovari & creſcere; Regnum malitiæ (ſic malitioſi Romanum denominant) extendi in mundo & invaleſcere, Iſraëliticum verò diſpergi ad extremitates. Porrò ut & inter Chriſtianos ſciatur illa Judæis tantoperè jactata Cabaliſtarum Succeſſio, non gravabor integram ipſorum quaſi Genealogiam è citato loco huc tranſcribere; ſed latinè ſaltem, nè chartæ hâc ſterili propriorum nominum recenſione, fruſtra creſcant. *Inveniuntur à Raf Aſche (retrò uſque) ad Moſen P. N. ſuper quem ſit Pax, Quadraginta generationes, quæ ſunt: Raf Aſche (accepit) à* רבא *Rabba, & is à* רבה *Rabbah, & is à Raf Honah, & is à Rabbi Jochannan atque Raf Schemuel, & ii à Rabbinu Hakkadoſch, & is à Rabban Schimon Patre ſuo, & is à R. Gi. [fortè Gamaliel] Patre ſuo, & is à Rabban Schimon, Patre ſuo, & is à R. G. ſene patr. ſ. & is à Rabban Schimon Patre ſuo, & is ab Hillel p. ſ. atque Schammai, & ii à Schemaja & Abtalion, & ii à Jehuda & Schimon, & ii à Jehoſua filio Perachiæ, atque Nithæo Arbelitâ, & ii à Joſe filio Joæſer atque Joſepho filio Jochannan, & ii ab Antigono, & is à Simeone Juſto, & is ab Ezra, & is à Baruch, & is à Jeremiâ, & is à Zephaniâ, & is à Chabakuk, & is à Nachum, & is à Joël, & is à Michâ, & is ab Eſaiâ, & is ab Amos, & is ab Hoſeâ, & is à Zachariâ, & is à Jehojada, & is ab Eliſâ, & is ab Eliâ, & is ab Achiâ, & is à David, & is à Samuel, & is ab Eli, & is à Pinchas, & is à Joſuâ, & is à Moſe p. n. & is ex ore omnipotentis* Dei. huc uſque Catalogus veterum Cabaliſtarum; novos enim non recenſent, nec noſtrâ multùm refert, qui ea ſaltem examini ſubjicimus, quæ Anonymus ille בעל הטורים *Author ordinum*, margini Bibliorum Baſileenſium appreſſus ubique ſuppeditabit. Anonymum

dixi,

dixi, cujus nomen & ætatem non liquidò ſcimus: niſi quòd Jacobum vocatum fuiſſe, & Nachmanide poſteriorem vixiſſe, conjector è ſeq. verbis Rhytmicæ præfationis ſuæ, ubi de inſtituto ita diſſerit: אחד המרבה ואחר הממעיט
נבלבר שיכוין לבו לשמים׳ על כן נרבה רוחי לקרבה ט המלאכה
בפעמים וברגלים ׳ ולעשותה בלב שלם ובמעשה הידים · והנה
ראיתי את הים הגדול ורחב ידים׳ פירוש התורה לרב הגדול
הרמ״בן ז״ל גדול הנוצ׳ ורב כנפי׳ · ונפשי אותה לעבור בו אף במי
מתנים ׳ואירא כי גדול מאד וגאו המים׳ ואומר אלכה לי על
השפתים כי על שפתו עץ רב מאד מזה ומזה נחמד הוא למשכיל
ותאוה לעינים · ואקח מפריו מלא כפים׳ ואוכל ותהי כי למשו׳ (לי
לשמח׳ videtur legendum) נפש ולפקוח עינים ׳ ולשמוע
כלמודים העיר לי אונים · ותחי רוח יע״קב ותהי טין פי שנים׳
כי יחיה כל אשר יבא שמה נחלים · *Unus multum inde, (ex Cabalâ paßim diſperſâ) collegit, alter parùm (Exod. 16. 17.) quilibet tantùm, ut pararet cor ſuum Deo. Eapropter collibuit etiam animo meo, accedere ad hoc opus greßibus pedibuſq;* (χερσίν τε ποσίν τε, *ut nos dicimus) & perficere illud tum corde bono, tum negotioſis manibus. At ecce vidi Mare vaſtißimum & latum manibus, (hoc eſt, amplißimum, locutio deſumpta ex Pſal.* 104. *verſ.* 26.) *commentaria in legem Rabbini maximi Moſche ben-Nachman. p. m. magna plumis & grandia alis (alia Metaphora ex Ezech.* 17. *v.*7.) *& anima mea concupivit tranſire per illud (mare) etiam per aquas lumborum, (hoc eſt, euſq; profundas, Ezech.* 47. *v.* 4.) *ſed timui nè valdè majores eſſent & eminerent undæ. proinde dixi, ibo mihi juxta labia (ſcil. maris, h. e. legam littus) nam ad ripam ejus arbor plurima (plantata erat. Ezech.* 47. *v.* 7.) *hinc & illinc, deſiderabilis contemplanti, adeoq; concupiſcentia oculorum. (Gen.* 3. *v.* 7. 8.) *& accepi de fructu ejus plenis manibus & comedi, & ceßit mihi in lætitiam animæ, atq; apertionem oculorum; ut audirem inſtar eruditorum, excitavit (Eſa.* 50. *v.* 4.) *mihi aures. tunc revixit ſpiritus JACOBI (hic videtur ad Nomen ſuum alluſiſſe, idque propterea in Hebræo apicibus notaſſe. Phraſis autem illa legitur de cognomini Patriarchâ,*

Gen. 45. v. 27.) & obtigit illi menſura duorum (locutio, à duplici ſpiritu Eliæ. 2. Reg. 2 v. 9. vel jure primogenituræ Deut. 21. v. 17. eleganter ſed ambitioſè petita.) quia reviviſcet omnis, qui venerit illuc ad torrentes. (etiam hoc ex Ezech. 47. verſ. 9. Sic enim oſtentatores illi, ſemper cum Scripturâ loqui ſolent, ſæpè invitâ.) Hanc conjecturam meam ulterius confirmat Elias, in Maſ. Hammaſor. oct. vav. p. 6. b. יש אומרים שהביאו קצת מלות ׳ שלא יש בהן חששה ׳ רק הביאום ומנו אותם ׳ כדי ללמוד מהן מדרשים ופשטים ודינים ומשפטים כגון ** ויבדל ג׳ כנגד ג׳ הבדלות׳ שאומרים בליל מוצאי שבת ׳ בין אור לחושך וכולי · *** וכן חובר על זה ספר ׳ ויחסו אותו לר׳ יעקב בעל הטורים ז״ל: *ſunt qui dicunt, adduxiſſe (Maſorethas) quaſdam dictiones, de quibus tamen non eſt periculum (corruptionis) ſed citaſſe tantùm & numeraſſe eas, ut diſcerentur inde figurativus & literalis ſenſus, criſis & judicia. Exempl. gr. Gen. 1. ad vocem* Vajabdél, *& diviſit, annotarunt 3. ter ſic reperiri, reſpectu trium* Haſdaloth, *quas recitant noctu ſub exitus Sabbathorum, inter lucem & tenebras, &c. Et ſic compoſitus eſt de his (peculiaris quidam) liber, quem accenſent R. JACOBO Baal, hoc eſt, Authori Turim. (puto intelligi librum* Arba-Turim, *hoc eſt, quatuor ordines appellatum, qui in 4. tractatus diſtribuitur, quorum primus* אורח חיים Semita vitæ *eſt ritualis, ſecundus* יורה דעה docens ſcientiam *eſt legalis, tertius* אבן העזר lapis auxilii *eſt matrimonialis, quartus* חושן המשפט pectorale judicii *eſt forenſis. omnes autem magnæ apud Judæos ſunt authoritatis, & conſcripti ante* 300. *Annos, à R. Jacobo filio R. Aſcher.)* Ut ut iſta ſe habeant, hoc ſanè certum eſt, eſſe Centonem, è pluribus Judaicis diverſicoloribuſque pannis ineptè conſarcinatum; adeò varium ſe monſtrat. ſæpè quidem opportunus advenit, ſæpiſſimè ridiculus, non raro prorſum delirus. unde ſatis apparet, eſſe mera tantum diverſorum authorum Collectanea ab homine exigui judicii promiſcuè conquiſita, nec ullo delectu coacervata. Sciendum autem, quòd hæc Scholia ſua ſcri-

pſerit

pſerit in ſolam legem, non verò in Prophetas, niſi fortè ubi occaſione textus, parallelum aliquem locum Cabaliſticum obiter adducit. Et quanquam ex Nachmanide, illa ſe deſumpſiſſe profiteatur, non tamen omnia apud ipſum reperio, ſed aliqua in Bereſchit Rabba, nonnulla etiam in R. Bechai, ut ſuis locis monebo. ità ut nihil opus fuiſſet, ab eo qui ipſemet aliundè deſcripſit, hujus rei veniam in hâc Proſaicâ præfatione ſuâ petjiſſe. לכן תחלת
דברי / אני מבקש רשות מאת הרב הנזכר · ואחר כך אני מחלה
פני כל קור׳ בחבורי זה׳ לבל ידינני לכף חובה׳ לאמור׳ שעשיתיו
להתגדל בו / כי לא עשיתי דבר שראוי להתגדל בו / שאינו ט״א
כמלקט אוכל מתוך אוכל ולואי / ולא הייתי מחזיר אוכל לפסולת׳·
ואין כונתי בזה רק יען כי נפלאו ממני דברי הרב וה□ סתומי׳·
אמרתי ט״קטה מהם הדברים הפשוטי□׳ ואשאיר הסתומים׳ כי
בכורו לא באה נפשי / למען היות נקל בעיני ללמוד · ואם מצאתי
פשט או טעם במקום אחר׳ חברתיו עמו / ואף כי הם מעטי□:
Principio igitur ſermonis mei, poſtulo licentiam à Rabbino præmemorato. (rectius verò) *poſthæc deprecor faciem omnis legentis in hoc tractatu, nè me judicet ad lancem reatus, dicendo, quòd fecerim id ad magnificandum me per illud. neque enim præſtiti quicquam, quod dignum eſſet efferri per illud, nec ſum plus quàm (Eſaiæ 17. v. 5.) collector (ſpicarum) comedens de cibo & labore meo, non tamen rejiciens eſcam (reſiduam) in ſcobem. Nec diſpoſui huc (in alium finem) niſi quòd mirabilia mihi viſa fuerunt verba illius Rabbini, & clauſa. Dixi: colligam exinde res planas, & relinquam abſtruſiores, quoniam in arcanum ejus non penetrabit anima mea (Gen. 49. v. 6.) ut ſit vile habitum in oculis meis ad diſcendum. Et ſic quando reperi literalem (aliquam expoſitionem) aut rationem in loco alio (extra legem) adjunxi illi. quanquam hoc rarius fiat.*

X. Supereſt ut de hujus ſtudii Fine ac Scopo agam, & quemnam inter Chriſtianos quoque uſum habere poſſit, breviter monſtrem. Et quidem Judæos primò quod attinet, ſciendum eſt illos non principaliter Reli-

gionis myſteria, ſed aliquid ulterius olim quæſiviſſe, ſcilicet unitionem animæ contemplatricis cum DEO creatore, & familiarem converſationem cum ejus domeſticis, hoc eſt bonis Angelis, per quam futura prædicere, adeoque Miraculoſos effectus præſtare ſe poſſe cofidebant. quorſum & Reuchlinus, in poſtr. lib. de arte Cabal. & omnibus tribus de verbo mirifico, unicè coll. maſſe videtur. Unde Plinius Cabalam Magices factionem eſſe, non abſque causâ ſuſpicatus fuit. quo pertinet id ex Thalm. tract. Kidduſchin, p. 71. a. de utroque Schemhamphoraſch 12. & 42. literarum : וכל היודעו והזהיר בו והמשמרו בטהר׳ אהוב למעלה ונחמד למט׳ ואימתו מוטלת על הבריות ונוחל שתי עולמים העולם הזה והעולם הבא: *Omnis qui novit illud, & cavet ſibi ab eo, & cuſtodit id in mundiciâ, amatus eſt ſuprà (in cælo) & deſideratus infrà (in terris) terrorque illius cadit in omnes creaturas (venerantur eum) ac hæres ſit utriuſque mundi, præſentis & futuri.* Item in Medraſch Tillim, colum. 13. edit. Conſtantinop. de An. 1512. וש״ה/ לא ידע אנוש ערכה · א״ר לעזר׳ לא נתנו פרשיותיה של תורה על הסדר׳ שלמלא נתנו על הסדר׳ כל מי שהוא קורא בהן׳ מיד היה יכול לבראות עולם׳ ולהחיות מתים׳ ולעשות מופתים · לפיכך נתעלם סידורה של תורה׳ וגלוי לפני ה״בה: *Hoc ipſum eſt Q. D. S. quod dicit ſcriptura: (Job. 28. v. 13.) non novit homo diſpoſitionem ejus. D. R. dicit Rab. Eleazar: non dati ſunt Paragraphi legis ordine ſuo; quoniam ſi collocati eſſent ordine, omnis qui legeret in eis, confeſtim poſſet vel novum aliquem Mundum creare (proh! quàm immanis nè dicam blaſphema hyperbole!) & mortuos reſuſcitare, adeoque facere prodigia, proinde abſconditus eſt (verus) ordo legis, ſed revelatus ſoli Deo O. M.* Judæi recentiores Cabala prorſus ad Incantationes abutuntur, & ad Magicam Medicinam; cujus peritiores ſunt Artifices, quàm Principes nonnulli fortaſsè crediderint. Extat publicè libellus quidam שמוש תלים *Schimmuſch Tillim, hoc eſt, uſus hymnorum* dictus, in quô è ſingulis ferè Pſalmis,

Caba-

Cabaliſtica quædam Symbola, pro certis morbis curandis, collecta reperiuntur. v. g. è 1. Pſal. Characteres אל"חד [nempè Aleph ex אשרי lamed ex לא כן Cheth ex יצליח Daleth ex דרך רשעים] certo artificio eliciti, & בקלף צבי *membranæ caprinæ* inſcripti, neſcio quibus malis mederi traduntur. Nec habent ipſi præter Antiquam Sociorum Multitudinem, aliud facinoris ſui patrocinium כי לא חדש הוא / וכבר היה לעולמים מורגלא בפומיהו דאנשין ישרים ותמימים אשר היו מלפנינו: *quòd non res nova ſit (ut Collector ait, ſub finem præfat.) ſed dudum omnibus ſeculis uſitata in ore virorum bonorum & integrorum, qui vixerint ante nos.* At ſi compeccantium turba quempiam excuſaret, nemo amplius nec homicida, nec adulter, reus fieret. Illud verò mihi mirum eſt, quòd & ipſum Reuchlinum, hominem in hiſce literis alioquin ut peritiſſimum ità non minus cautum, ſuperſtitio ſic faſcinavit, ſicque dementavit, ut p. 884. ſ. Cabal. edit. Baſil. d. An. 1550. decem Moſaici exordii literas, è quinque priorum verſuum extremitatibus, videlicet בווו *ex Raſche &* צמוכה *ex Sophe-Peſukim* reſectas, virgineæque, hoc eſt, immaculatæ membranæ, partim in hiſpidâ partim glabrâ facie inſcriptas, ac vice Amuleti alicujus de collo ſuſpenſas, omnis generis pericula arcere poſſe crederet. Sed imputetur boni illius viri malo ſeculo, in varias ſuperſtitiones prono. Utinam non hodieque inter ſic dictos Chriſtianos, B. Johannis Evangelium, ad ejuſmodi inexcuſabiles abuſus alicubi abriperetur! Verum, à nobis quidem faceſſat & longiſſimè faceſſat hæc Impietas: qui Cabalam non alio fine cognoſcimus, quàm ut eâ contra Judæos, harum nugarum admiratores maximos, utamur. Neſcio enim an aliunde (ex propriis ſc. ſuis Commentis,) fortius atque hinc refutari queant. nam noſtrum certè Argumentandi genus, & Ariſtotelicos Syllogiſmos minus curant, quàm Elephantus, quod ajunt, culicem: at una Caba-

liſtica

UNIVERSIDAD CENTRAL BIBLIOTECA DERECHO

liſtica ratiocinatio pluris apud ipſos æſtimatur, quàm univerſus Apodicticarum demonſtrationum apparatus. Jaculemur ergò in hunc hoſtem tela, non quibus nos, ſed ipſi vulnerabiles ſunt. יש עוף שאינו רואה ביום בנגוהות׳ ובלילה רואה מפני שעיניו כהות: *Eſt avis* (*inquit Aben Ezra, præfat. Comment.* §. 4.) *quæ nil videt interdiu propter ſplendores; at noctu cernit, eò quòd oculi ejus caligant.* Ovum ovo non tàm ſimile eſt, quàm hiſce noctuis Judæi, qui clariſſimis Prophetarum oraculis nil moventur, at hiſce obſcuris Cabaliſtarum ænigmatibus plurimùm: quæ verè in tàm pertinaci gente miracula operantur. Exemplo nobis eſto Judaicus ille Sacerdos Theodorus, Genuenſis Italus; poſtea Ludovicus Carret denominatus, Pariſiis olim, avorũ memoriâ, Medicum agens, qui poſt Dei O. M. liberaliſſimam gratiam, hâc certè ſolâ ratione ad Chriſtianiſmum converſus erat, quòd benedictum Salvatoris nomen ישו tot ſtructuris & dimenſionibus ſacris, occultè quaſi inſcriptum, totque de Meſſia loquentibus dictis, Cabaliſtico modo intextum eſſe viderat: ut ſuprà tetigi. imò ipſam tricipitem literam ש quæ in eo nomine media eſt, S. S. Trinunitatis myſterium repræſentare credebat. Summa, quòd in Grammaticâ ſingulæ Radices tribus tantùm literis, non pluribus nec paucioribus conſtant; quòd in Geometriâ tres tantùm corporum dimenſiones, non plures nec pauciores reperiuntur; quòd in Muſica tres tantùm voces conſonant; hæc omnia clariſſiima, ſacratiſſimæ Triados veſtigia interpretatus eſt. Prout in ejus libro, quem poſt converſionem, de Viſionibus Dei ſcripſit, cuivis lectori apparet.

DISPV-

DISPUTATIO SEXTA.

Reſpondente

M. CHRISTOPHORO OERTLINO, Studtgardiano.

VNUM RESTAT, QUOD SUB CALcem hujus diſſertationis moneam, nè quis noſtrûm huic ſtudio plus æquo ſe dedat. ut enim apud Fabium, lib. 1. c. 13. boni Grammatici virtus eſt quædam Neſcire; ita ego Cabaliſtæ hanc ſummam laudem eſſe duco, non ultra modum ſapere, nec nimium intelligendo facere ut nihil intelligatur. Eſt inter ipſos Judæos ſecta quædam קוראים *Lectorum vel Textualium* dicta, frequens in Poloniâ Ruſſià & Turcia, quæ propter hunc abuſum Cabalam prorſus nauci facit, ſolum literalem ſenſum mordicus tenet, extra illum verò nihil omninò admittit, nec à ῥητῶν vel latum diſcedit pilum: ſic ut & puerperæ, vel potius fœmelliperæ ipſorum, quando filiam in lucem ediderunt, non 6. tantùm ut reliquæ mulieres Judaicæ, ſed 12. integras ſeptimanas, juxta Moſaicam literam, domi ſe contineant; unde cæteris adeò exoſi ſunt, ut pater aliquis cum ſumma dote vix ſibi generum emere poſſit. Sed & illi Judæi, qui Cabalam alioquin magni faciunt, à nimio ejus ſtudio dehortantur; fortaſſe quòd Chriſtianis aliquando profuturam veren-

tur. Rambam ſive Maimonides, ſub fin. Miſchnaioth, lib. 14. cap. 12. pag. 563. ubi de Cabaliſticâ computatione Eliani adventus, regem Meſſiam præceſſuri loquitur, ait:
לא יתעסק אדם בדברי ההגדות ׳ ולא יאריך בדברי המדרשות׳
האמורים בענינים אילו ׳ וכיוצא בהם · ולא ישימם עיקר׳
שאינם מביאים לא לידי אהבה ולא לידי יראה · וכן לא יחשב
הקיצים · אמרו חכמים ׳ תיפח רוחם של מחשבי קיצים · אלא
יחכה ויאמין בכלל הדברים: *Non occupetur homo ejuſmodi Myſteriis, neque diu ſe detineat in Allegoriis, concernentibus negotium hoc vel ſimile. Neque ſubſternat ea loco fundamenti; ſiquidem non ducunt vel ad amorem vel timorem (Dei) ſimiliter non computet articulos temporum (futurorum) ajunt Sapientes: diſplodatur ſpiritus illorum, qui ſcrupuloſi ſunt in momentis temporum. Sed præſtoletur & credat universalitati verborum.* Et alter Ramban ſive Nachmanides, ſub finem Præfationis ſuæ in legem:
בגדול ממך אל תדרוש ׳ בחזק ממך אל תחקור ׳
במופלא ממך בל תדע ׳ במכוסה ממך אל תשאל ׳ במה שהורשית
התבונן ׳ ואין לך עסק בנסתרות: *Quæ majora te ſunt, non quæras; quæ fortiora te, non ſcruteris; quæ mirabiliora, nè cognoſcas; quæ abſcondita, nè roges. Illud quod licet, intelligas: nec tibi ſit occupatio in abſtruſis.* Errant itaque, vel ipſo Judæo Judice, qui Cabalæ plus æquo indulgent: Errant quoque, qui Omnem promiſcuè admittunt, nec inter authenticam & ſuppoſititiam diſcernunt. Non enim omnis illa vetus eſt, quæ pro veteri venditatur; ſed quædam Novitia & adulterina: fatente ipſomet Rambamo (ut ſupra §. IX. citavi) per aliquem 13. modorum R. Iſmaëlis recens elicita. Produnt inſuper Gematriæ quædam ipſæ novitatem ſuam, malâ numerorum congruentiâ. ut taceam Temuroth, non ſecus ac Latinorum Anagrammatiſmos, poſſe etiam contradictoria ex eodem vocabulo effingere, proinde (apud nos quidem) nullam probandi vim obtinere. Miror autem eſſe hodie aliquem in viciniâ noſtrâ celebrem aliâs Arithmeticum & Coſſiſtam, ut vocant,

qui

qui peculiari enthuſiaſmo Germanicam Cabalam profitetur (Latinam enim & cæteras linguas planè ignorat) in ejuſque ſocietatem Polygonales quoſdam numeros jungit, & exinde neſcio quos eventus, Pſeudo-Prophetico ſpiritu prædicit. Quaſi verò Cabala, alia poſſit eſſe quàm Hebræa. Huic non habeo quod dicam, niſi illud verorum Cabaliſtarum טוב להיות אילם ומשכיל / מרוב דברים וכסיל: *Præſtaret fuiſſe mutum & ſapuiſſe, quàm loquacem & deſipere.* Æque, ſi non plus etiam, ineptit Guilh. Alabaſtrus Anglus, qui quaſi parùm jam ante in mundo eſſet nugarum, novas parturit, & niſi abortiat, è phantaſmatum ſuorum utero, novitiam nobis Theologiam, ſed Diabolo patre conceptam, excludet. homo neſcio utrum commiſeratione an riſu dignior. Geneſ. 17. v. 5. ex Abramo facit אב רם *Patrem Romanum*, hoc eſt, Pontificem, in cujus ſemine benedicendum ſit univerſis gentibus. Num. 25. v. 16. illud: dixit Dominus ad Moſen, affige Madianitas, per mirabilem Cabalam exponit: dixit Chriſtus ad vicarium ſuum Papam, reprime hæreticorum ſcripta. Item Eſa. 60. v. 6. nomen Proteſtantium, mox ad Chriſtum convertendorum, ex ipſo hebraiſmo exſculpere ſatagit. ſed quid hiſce gerris recenſendis diu occupor; quibus ſub ſpecioſo, Apparatus in revelationem J. Chriſti, titulo, nihil unquam vidi anilius? In eum (nè ſeriâ & operoſiori refutatione dignus ſibi videatur) illud ſolum retorqueo, quod ipſe de S. Pagnino, Ariâ Montano & aliis laudatiſſimis Hebraiſmi reſtauratoribus, falsò & ingratiſſimè dixit: eſſe à S. Scripturæ poſſeſſione dejectum, & dignum cujus infantilis ſtultitia, totiuſque Linguæ ſ. ignorantia, coram omnibus traducatur, ut cordatos pudeat, huic ſtulto & impio ſe addicere Magiſtro.

VI. DE PERUSCHIM.
ſive Commentariis Rabbinorum.

1) In genere: an Iudaica ſcripta Chriſtianis quicquam proſint? (2) unde tot fabuloſa narrationes irrepſerint? (3) in ſpecie: de quinque modis Commentandi. (4) de tredecim modis Argumentandi. (5) in Individuo: de Biblicis commentatoribus R. Salomone Iarchi, R. Abraham-Aben-Ezrâ & cæteris.

1. Vetus eſt quæſtio, utrum Chriſtianis legendi ſint Judæorum libri? num quicquam illis boni inſit? imò etſi nemo legat, an omninò tolerandi ſint in rerum naturâ? olim variè diſputata, præſertim verò inter Capnionem, decimum retrò Anteceſſorem meum, & Academias Colonienſem Pariſinamq; ſeriò agitata; quorum ille ſervandos, hæ verò abolendos eſſe contendebant. Litem hanc moverat quidam משומד *apoſtata* Judaicus nomine Joh. Pfefferkorn/ profeſſione tunc quidem Chriſtianus, ſed clandeſtinis molitionibus quolibet verpâ deterior. Is non quidem Religionis, quam tamen callidè præ ſe ferebat zelo, ſed potius ut eventus docuit, auri ſacrâ fame ingentiſque ſpe prædæ ductus, Chriſtiano Magiſtratui perſuaſum ivit, ut popularium ſuorum libros omnes, præter ſola biblia abolerent, & ſolenniter cremarent, ſperans eos quantovis precio potius à pertinaci gente redemptum iri, lytrique partem aliquam ſibi, utpote tàm bellæ fabellæ actori acceſſuram. Unde nè quid præcipitanter & ſemel committeretur, cujus ſemper pœnitere poſſet, à ſapientiſſ. Imp. Div. Maximiliano Capnioni id negotii datum, ut in libros prius inquireret, maturè deliberaret, ſententiamque ſuam diceret. Is ut erat illorum callentiſſimus, cenſuit, non eſſe omnes ejuſdem generis, ſed quoſdam Hiſtoricos, quoſdam Medicos, qui utrique nil in fidem noſtram contumelioſum, nil in Salvatorem contineant blaſphemum. quoſdam

Grammaticos, quibus ad linguæ noticiam omninò opus habeamus. quoſdam denique Thalmudicos, qui licet fabuloſa nonnulla, ſuperſtitioſa & religioni adverſa habeant admixta, non poſſe tamen iſta ſecerni, neque etiam debere plurima quæ inſint bona & utiliſſima grana ſimul cũ putridis diſperdi. imò noſtrâ intereſſe ut extent, ipſiſque in frontem exprobari, atque unum per aliud refutari queat. quid fit? auditâ iſthâc inexpectatâ, & publico libro comprehensâ cenſurâ, furit deluſus ille corvus, hiantique ore novas excitat tragœdias, in partes ſuos trahit & contra Capnionem armat Hogoſtratum hæreticæ pravitatis inquiſitorem totamq; Coloniam, res aperto Marte agitur, lis ipſi intenditur, adeòque ut ſummariè dicam, Apologeticus ille Capnionis liber, citra tamen Authoris contumeliam, (ſed & citra ejuſdem Honorem) publicè comburitur. factum id menſe Febr. 1514. quo eodem anno præmemoratus quoque Pfefferkornius Halæ Saxonum, ob hoſtiæ Euchariſticæ profanationem, forcipibus ignitis carptus, & condignis modis exuſtus eſt. Capnio autem Papæ ſententiâ abſolutus: Adverſarii verò in ſumptus damnati. Hiſtoriam uberius deſcribunt Sleidanus lib. 2. Cruſius Annal. p. 536. & extant etiamnum Acta publicè impreſſa; nec non facetiſſimæ illæ obſcurorum virorum Epiſtolæ tunc natæ. quibus addo P. Galatinum, qui præter alios illius ætatis Cll. viros Capnionis cauſam per totum 1. libr. de arc. Cathol. ver. maximè verò cap. 7. & 9. maſculè defendit. Verùm quàm ſtrenuè magnus & invictus ille Capnio pro Rabbinis dimicavit, tàm acriter poſtea diſcipulus ejus Doct. Forſterus (& ipſe inter Anteceſſores meos abhinc octavus) eoſdem inſectatus eſt. homo pientiſſimus quidem & in hâc linguâ alioquin non indoctus, ſed Judæis neſcio quo malo ipſorum vel fato vel merito, quàm infenſiſſimus. Is in Dictionarii ſui titulo ſtatim Rabbinos vellicat, in præfa-

tione verò totus in eos furit. *In quibus*, inquiens ſtatim poſt initium, *nulla lux, nulla notitia Dei, nullus ſpiritus, nulla ullius diſciplinæ ſeu artis vera & ſolida ſcientia, nulla linguarum ac ne quidem Hebrææ NB. linguæ eſt cognitio.* Et mox: *nihil profuerunt, niſi quòd velut Bibliothecarii libros tantùm ſacros (quos Biblia vocamus) ac aliquot Grammaticos nobis Chriſtianis ſuppeditarunt. at quod ad S. Scripturæ Intelligentiam (ut jam dixi) atque etiam linguæ Hebrææ cognitionem attinet, præſtiterunt quod laudem mereatur omninò NB. nihil. Nam Dictionaria & Commentaria ipſorum plus obſcuritatis & erroris in Eccleſiam Chriſti invexerunt, quàm lucis & veritatis.* Item ſub finem: *gaudebunt Hebrææ linguæ veritatem per me eſſe repurgatam à ſordibus Rabbinorum, quibus multis jam annis defœdata & obſcurata fuit. Si quis eſt qui facultates ſuas in Rabbinos profudit, qui in ipſorum Synagogis longo tempore verſatus eſt, qui domi propriis impenſis præceptores aluit, qui ipſorum Commentaria NB. ſtudioſè evolvit, Forſterus eſt, & tamen (Deum & conſcientiam meam teſtor) nihil eximii & quod ſingulari laude dignum eſſet reportavi. Eram illis initiò adeò addictus ut alius quiſquam, ſed quò olim illis fui addictior, hoc nunc ſum factus infenſior, quòd omnem operam & oleum me perdidiſſe verè ſed non ſine dolore fateor. Et licet Rabbinorum interdum Interpretationes vocum adduco, id facio partim ut videant ſcioli me etiam illorum ſcripta NB. legiſſe, partim ut eorum ineptias oſtendam & inſcitiam, ſi quando plures inter ſe diſſentientes ſententias allego.* Hactenus ille. quâ inclementi cenſurâ ſuâ multos ab hoc ſtudio abalienavit, ut & Ego ipſemet olim illius viri authoritate præoccupatus aliter ſenſerim, Rabbiniciſque ſcriptis non ex ullâ propriâ cognitione, quam nondum poſſidebam, ſed mero & vulgari præjudicio iniquior fuerim. cujus immaturi judicii mei, quod tunc Tabell. XXV. mearum inſtitut. Hebr. præproperè tuli, meritò me nunc diſpudet. jam enim poſtquam per Dei gratiam in quotidianâ illorum lectione, inter medias nugas multa quo-

ta quoque præclara, & Chriſtianiſmo noſtro contra ipſos Judæos plurimùm profutura reperio, illis longè factus ſum æquior, nec poſſum quin à cyclopico quorundam Ignorantiæ fratrũ contemptu vindicem. ſecundum illud veterum ſapientum in Pirck. Afot. cap. 6. הלמד מחברו פרק אחד או הלכה אחת או פסוק אחד או דבור אחד׳ צרין לנהג בו כבוד *qui diſcit à proximo ſuo caput unum, vel paragraphum unum, vel verſum unum, imò vel verbulum unicum, obligatur ipſi deferre honorem*. Quod Dn. Forſterum attinet, vereor nè recentiores Judæos cum veteribus confuderit, & ex ingenio noſtratium priſcos illos æſtimarit. Non nego expertum eſſe Invidiam fraudes & ruditatem Modernorum. eas nemo neſcit, niſi qui omnia. imò fatentur Ignorantiam & Vilitatem ſuam ultrò, Talm. tr. Schabb. p. 112. f. b. אם ראשונים בני מלכים אנו בני אנשים׳ ואם ראשונום בני אנשים אנו כחמורים: *ſi priores fuerunt filii Regum, ſumus nos filii plebejorum: & ſi illi homines, nos planè* ASINI. Item tr. Jomah. p. 9. f. b. טובה צפורן של ראשונים מכריסן של אחרונים *melior erat unguis anteriorum, quam venter poſteriorum*. quibus addo illud vulgare: לבם של ראשונים כפתחו של אולם ושל אחרונים כנקב מחט: *cor majorum erat inſtar portæ portici (in Templo Salomonis) minorum ſicut foramen acus*. Etſi verò diſſimularent, loqueretur tamen id res ipſa, & tot nugaciſſimi ipſorum libelli, vernaculâ linguâ pro pueris & mulieribus conſcripti; quales ſunt **der Brandſpiegel / das Maaſchbuch / die Minhagim / Item ihre Teutſche Chamiſchah Chummeſche Thorah / vnd dergleichen Affentheurliche Außlegungen / ꝛc.** feraciſſimi nugarum & prodigioſæ vanitatis, quorum lectio vel obſtructo ventrem ſolvere poſſit, juxta craſſum illud ſimile Ruſtici cujuſdam Babylonii in Pircke-Afoth ſub fin. cap. 4. הלומד מן הקטנים למה הוא רומה׳ לאוכל ענבים קהות ושותה יין מגתו: *diſcens à minorennibus cuinam ſimilis eſt? nimirum edenti uvas immaturas & bibenti muſtum de torculari.*

ſæculari ſuo. de hujuſmodi Rabbinis Dn. Forſterum intelligo. nam quod veteres, & qui hebraicè in biblia commentati ſunt, evolverit, id mihi quidem non tàm facilè perſuadet. non ita crebrò & interdum pueriliter impegiſſet. ignoſcant mihi beati manes ipſius. invitiſſimus aliorum hallucinationes oſtendo, qui meas ignoro, nec ſoleo aliàs tàm liberè bonis viris obloqui, ſed hanc duriuſculam vocem durior ipſius cenſura, profeſſioni meæ ſemper & omninò intolerabilis viſa, expreſſit. Si Rabbinicarum commentationum vel ſolum exordium legiſſet, non potuiſſet eum fugiſſe quod Aben-Ezra ſtatim in frontiſpicio Gen. 1. v. 5. ad vocem לילה rectiſſimè notavit. ה"א לילה נוסף ׳ כי הוא מלעיל ׳ ולעולם לשון זכר הוא׃ *He (dictionis) Lailah eſt paragogicum (ratio) quia (vox illa) eſt penacuta, & (proinde) ſemper generis Maſculini*. ſi inquam hæc obiter ſaltem inſpexiſſet, *vocem* ליל *frequentius in formâ* FOEMININA לילה *legi*, p. 416. ſui Lexici nunquam ſcripſiſſet, nec ſe tyronum riſui expoſuiſſet. Pluribus lubens abſtineo, judicet hinc æquus lector, *an nulla linguarum ac ne* HEBREÆ *quidem Rabbinis ſit cognitio? an quod ad ejus cognitionem attinet, præſtiterint* OMNINO *nihil?* annon quandoque Holitores illi verba opportuna loquantur? Infrà faxo ſuis locis ut in rem præſentem ducantur, quicunque rationes & Exempla deſiderant: hîc ſaltem illis occurro, qui me Authoritatibus eunt oppugnatum. Horum uni Forſtero, duos alios oppono tempore coævos, religionis zelo non inferiores, eruditione verò & Hebraiſmi peritiâ ſuperiores etiam. Unus eſt Munſterus, vir extra controverſiam in hâc palæſtrâ olim exercitatiſſimus. Is in præfat. Bibliorum à ſe verſorum, negat quenquam abſq; Rabbinorum ſuppetiis S. Scripturam dextrè interpretari poſſe, unde nec ipſe B. Hieronymus abſque Judæo magiſtro verſionem ejus aggredi auſus fuerit. verba illius repetitu digniſſima, pag. *a*. 5. fac. b. ſic ſo-

ſic ſonant: *Quare meo judicio ineptè illi agunt, qui contemptis Hebræis ſcriptoribus pergunt interpretari Libros V. T. certè ego id ex eis didici, quòd ſæpè* MONITORES *ſint veritatis, etiamſi ipſi interim in tenebris & erroribus verſentur; ſicut & Bileam filiis Iſraël benedixit, & proſpera ex ſpiritu Dei prophetavit, errorem autem ſuum & futuram interfectionem prævidere non potuit. Verùm ſuo loco oſtendam, quàm hallucinati ſint quidam, qui citra hebræorum ſuppetias, hebraicum textum noſtro ævo interpretari conati ſunt. id quod Divus Hieronymus tentare noluit, qui ſemper conductitium apud ſe habuit Judæum, qui illi in difficilioribus locis Rabbinorum ſuggereret expoſitiones. Nec eſt quod cauſeris Periculum eſſe conſulere gloſſas talium infidelium hominum in libris ſacris, modò cognitionem Chriſti adjungas peritiæ linguæ. Poſſem innumera oſtendere loca, quæ* PERPERAM *à recentioribus ſunt reddita Interpretibus, qui citra ſufficientem linguæ peritiam & Rabbinorum lectionem præſumpſerunt vertere libros ſacros, perinde quaſi ſatis ſit cognito Chriſto interpretem agere hebraiſmi.* Et pag. β. 2. fac. a. *Vir ille talis & tantus non dedignatus fuit Hebræos habere præceptores, imò fatetur ſe Biblia ſacra neutiquam potuiſſe interpretari citra illorum ſuppetias. expoſuit etiam ob eam rem nummos plurimos, ut illi eſſent à ſubſidiis. nec dubito ſi Hieronymo fuiſſet vel Aben-Ezræ aut Moſis Gerundenſis aut Ben-Gerſom aut David Kimchi commentarius, vivo præceptore opus non habuiſſet. nunc autem in tantâ librorum penuriâ caruit etiam ſacro codice, qui notulis & punctis eſſet diſtinctus.* Et facie ſeq. *multa ſunt in ſcripturâ adeò obſcura & perplexa ut citra Hebræorum traditionem non facilè intelligi poſſint, quicquid* NASUTI *hic ganniant. nec dedignatus eſt vir tantus & tàm celebris per orbem, rurſus fieri Diſcipulus etiam illorum qui Inimici erant Crucis Chriſti & nominis Chriſtiani. ubi & hoc monendum duximus, eos non audiendos, qui putant hebræos ſcriptores contemnendos quòd nihil boni habent, & ſi quippiam habeant, præſertim in obſcuris locis, id à Chriſtianis habeant.* Ibid. *hoc unum ſcio, multa eſſe apud D. Hieronymum*

P *in com-*

in commentariis, quæ aſſerit ſe didiciſſe à Judæis, quæ & ego in R. Salomone inveni. tandem pag. β. 3. fac. a. *nihil itaque Chriſtiane lector tibi oberit Rabinorum lectio atque interpretatio, ſi Chriſtum purè didiciſti, imò proderit ſive illi nobiſcum conſentiant ſive diſſentiant.* hactenus Munſterus, cujus eruditionem ipſi quoque Judæi ſunt admirati. Alter eſt P. Fagius, cui ſimiliter ipſa Invidia hoc teſtimonium perhibuit, ore infidelis Eliæ Levitæ כבר שמעתי שמעו הוות האיש נכבר וטוב ומשכיל בלשוננו הקודש *** הנה תהיתי בקנקנו ומצאתיו מלא ישן / ולא הוגר לי החצי מחכמתו וידיעתו / ורבים שואבים מי תורתו / ודורש טוב לעמו / נאה דורש ונאה מפרש · ובאמת ראוי הוא שבני עמו יקראו עליו / כמו שאנו קוראין על רבינו משה בן מיימון / ממשה עד משה לא קם כמשה · כך יאמרו עליו / מפאולוש עד פאולוש לא קם כפאולוש · *dudum* (inquit in præfat. proſ. ſui Thiſchb.) *audiveram famam ejus, eſſe virum honorabilem & bonum, gnarum linguæ noſtræ ſanctæ.* (paucis interpoſitis) *Ecce cum-ſtupore-admiratus ſum Cantharum ejus, & inveni eum plenum veteris (ſeu generoſiſſimi vini. locutio figurata, Judæis frequens, petita ex Apophtegmate Rib. Joſæ Babylonii capit. 4. patr.) neque tamen annunciata erat mihi vel Medietas ſapientiæ & eruditionis ipſius. (ex 1. Reg. 10. v. 7.) ac plurimi hauriunt aquas legis ejus (Metaph. ex Eſa. 12. v. 3.) eſt enim Concionator optimus genti ſuæ, preco elegans & interpres amœnus. atque in veritate digniſſimus de quo populares ſui glorientur; quemadmodum nos prædicamus de Magiſtro noſtro Moſche-ben-Majemon: à Moſe (filio Amram) ad Moſen (F. Maimon) non ſurrexit ſicut Moſes: ita illi dicant de ipſo: à Paulo (Tarſenſi) ad Paulum (Iſnenſem) non ſurrexit ſicut Paulus (Fagius.)* Is in hoc genere ſcriptorum diligentiſſimè verſatus, inter glumas & triticum prudenter diſcernere norat; unde judicium ejus meritò magni facimus. Ità ergò inquit in præfat. Exegeſ. 4. capp. Gen. *Ut illi non tantùm deſipere, ſed planè Impii eſſe viderentur, qui nihil in hebræorum ſcriptis rejiciendum, ſed omnia amplectenda contenderent; quod*

planè

planè apud illos ipſos bis miſeros Judæos non minima cauſa eſt deplorandæ ipſorum cæcitatis, &c. Ità quoque temerè & imprudenter mihi illi facere videntur, qui hebræorum commentaria in univerſum exibilanda & explodenda judicant: cum hoc auſim affirmare, neminem ſine illorum lectione & adminiculo ad ſolidam hebraicæ linguæ cognitionem unquam perventurum. Poſtea: *Si ex præcipuis hebræorum commentariis, unum quoddam fieret, rejectis Judaicis næniis atque cavillis, & reſervatis quæ alicujus penſi atque momenti eſſent, futurum eſſet, ut plures ad S. Linguæ ſtudium animum applicarent, nec facilè S. Lingua, quod aliàs formidandum, iterùm concideret, penituſque interiret.* Et in clauſulâ Comment. R. D. Kimch. in 10. Pſal. pr. à ſo verſorum. *etſi hebræi iſti commentatores Chriſtum qui S. Scripturæ unicus ſcopus eſt, parùm vel nihil attingant, imò ſæpè ex profeſſo impugnent, tamen non propterea illorum ſcripta planè explodenda, atque omninò è medio tollenda, ut quidam ſatis ſtultè & inſanè clamitant, arbitror. Cum interim vel extra Chriſtum multa habeant, quæ ſacra V. T. oracula legentibus, multum prodeſſe poſſunt. Inprimis illorum lectio, qui S. Scripturam* על דרך הפשט *ſive* כפשוטו *aut* כמשמעו *ut ipſi loquuntur, hoc eſt, ad literalem, grammaticum atque hiſtoricum ſenſum tractant. Inter quos facilè Princeps eſt R. Dav. Kimchi; qui quod literam, quod hiſtoriam, quod denique idiomata vocum attinet, plus lucis ac utilitatis affert, quam multorum aliorum ſcriptorum etiam Chriſtianorum lectio. abſit Invidia dicto.* hactenus quoque Cenſura Fagii: qui Fabii Pictoris illius apud Liv. l. 1. dec. 1. me nomine ſuo commodè admonet; Linguas, artes & ſcientias tum demùm Felices fore putantis, quando ſoli Artifices de ipſis ſint judicaturi: hinc eſt quòd ſapientiſſimus Hillel, Jeroſolymitanæ quondam Academiæ Rector, diſcipulos ſuos ab ejuſmodi temeritate judicandi fideliter hiſce verbis dehortatus eſſe legitur: אל תאמין בעצמך עד יום מותך ואל תדין את חברך עד שתגיע למקומו: *quæſo, nè nimium fidas tibi ipſi, etiam uſque ad diem mortis tuæ;*

queſo-noli judicare proximum tuum, donec pertigeris ad locum ejus. (*tu enim ſi hic ſis, inquit ille apud Comicum, longè aliter ſentias.*) Non equidem imus inficias, ineſſe Rabbinorum libris multa quoque ſtulta, ridicula, ſuperſtitioſa. Id quod etiam ipſe cordatiſſimus illorum R. Moſche B. Maimon agnovit, in epiſtolâ quâdam ad Judæos Marſilienſes, paulò poſt exord. ità ſcribens: פתי יאמין לכל דבר· לכן צריכים אנחנו לידע שכבר חברו הטפשים אלפי ספרים ׳ וכמה אנשים גדולים בשנים לא בחכמה ׳ אבדו כל ימיהם בלמידת אותם ספרים ׳ ודמו שאותם ההבלים הם חכמות גדולות ׳ ועלה על לבם שהם חכמים גדולים ׳ מפני שידעו החכמות ההן · זה הדבר שטועים בו רוב העולם ׳ או הכל ׳ אלא אנשים יחידים השרידים אשר ה׳ קורא · הוא דבר שאני מודיע לכם ׳ והוא החולי הגדול ׳ שכל הדברי׳ שימצאו בספרים ׳ יעלה על לבם בתחלה שהם אמת ׳ וכל ש״כן אם יהיו הספרי׳ קדמונים ׳ ואם נתעסקו אנשים רבים באותם· *Fatuus credit omnia: Proindè neceſſe habemus ſcire, quòd dudum compoſuerint ſtolidi* (*quidam Authores*) *vel mille libros, & totidem viri, magni annis non verò ſapientiâ, perdiderint omnem ætatem ſuam in ſtudio illorum voluminum, arbitrati quòd ejuſmodi vanitates ſint ſcientia ſumma, & perſuaſi quòd ipſimet ſint Sapientes maximi, ideò quia cognoverint artes iſtas. Hoc ipſum eſt in quo aberrant plurimi de mundo, imò ferè omnes, exceptis tantùm hominibus quibuſdam individuis ſuperſtitibus, quos Deus evocavit. hoc eſt quod ego notum facio vobis. hic eſt Morbus ille magnus, quod omnia promiſcuè, quæcunque reperiunt in ejuſmodi codicibus, exiſtimant ſtatim vera eſſe, præſertim ſi libri ſint vetuſtiores, aut ſi exercuerint ſe plurimi in illis.* quid à Judæo verius dici potuiſſet in nugaces quoſdam popularium ſuorum libros, quales ferè ſunt *Medraſchim*, Medraſchim inquam, quos ſemper à *Peruſchim* diſtinctos eſſe volo. nam ingens eſt inter ambos differentia. Illi longius evagantur, lectorem fabuloſis narrationibus demulcent, ut ſc. tædium tàm diuturni exilii levius ferat, imò crebrò quoque in noſtram religio-

nem

nem invehuntur: hi verò textum preſſius ſequuntur, ſingula verba excutiunt, linguæ idiotiſmos explicant, parallelas phraſes adducunt, per illas genuinum contextus ſenſum eliciunt, ſæpè multa nulli Chriſtianorum obſervata monent, adeòque bonorum Interpretum officio, *ὡς ἐπὶ τὸ πολύ* funguntur, parcius extrà vagantur, occurrentes *Aggaddos* plerunque amputant, nec niſi raro expoſitiones noſtras impugnant. Non igitur oportet omnia promiſcuè vel arripere vel repudiare, nec infantem, quod ajunt, unà cum lavacri ſordibus effundere, ſed judicium adhibere, bona & utilia ab iniquis hiſce poſſeſſoribus repetere, prava verò ad ipſorũ Synagogas remittere. העינים הם לפנים ולא לאחור׳ על כן לעולם לא ישלך אדם דעתו אחריו׃ *Ideo oculos (creator nobis locavit) in anteriori parte (faciei, ut illis cernamus. inquit idem Maimonides, ſub finem illius epiſtolæ) nec verò in occipite. proinde nunquam abjiciat homo rationem (judicandi facultatem) à ſe retrorſum.* Stultus eſt qui uno admiſſo, omnia ſtatim recipienda eſſe opinatur; & injuriam mihi facit, qui, quòd aliqua dextrè à Rabbinis dicta, ulnis ambabus amplectenda eſſe ſtatuo, propterea etiam illorũ crepidas (nam crepitus dicere pudor vetat) adorare me credit. memor ſum propriæ illorum admonitionis, in Pirck. Af. cap. 2. מתחמם כנגד אורן של חכמים׳ זהוי זהיר מגחלתן שלא תכוה׃ שנשיכתן נשיכת שועל׳ ועקיצתן עקיצת עקרב׳ ולחישתן לחישת שרף׃ *Calefacias te ad ignem ſapientum (inquit R. Eliezer) ſed cave à* PRUNIS *ipſorum, ne fortè aduraris. eſt enim morſio ipſorũ quaſi morſus vulpeculæ, & punctura ipſorum, quaſi aculeus Scorpii, & halitus ipſorum quaſi ſibilus præſteris (igniti ſerpentis, qui venenato afflatu ſuo hominem inflammat.)* Et hæc de ſcriptis Rabbinicis, in gratiam hujus L. ſtudioſorum monuiſſe, omninò & ex officio meo neceſſarium eſſe duxi; nè fortè Forſteri authoritate abuſi, aut cujuſquam præjudicio faſcinati, ab illorum lectione diutiùs abſtraherentur.

2. Sed quæritur jam non immeritò, undè autem tot Fabulæ & Mendaciorum monſtra in hebræorum libros irrepſerint? adeò ut Thalmudicæ Lugendæ in proverbium inter nos abierint, & ſcripta Judæorum hujus vanitatis nomine apud cunctas ferè gentes peſſimè audiant? neſcio quid hîc alii ſentiant, dicam verò ingenuè, quid mihi ex aliquali ipſorum lectione videatur. Non veriſimile eſt veteres illos, qui per omnem ætatem in ſcripturis enutriti fuère, & alioquin multa ſana ſobria præclaraque ſcripſerunt, à ſemetipſis adeò deſciviſſe, ut ex ſolâ mentiendi libidine talia confinxerint, vel ab aliis conficta, ſecundum literalem ſenſum ſemper acceperint. Quis enim niſi ſcurra ſic in re ſeriâ luderet? quis niſi emotæ mentis ejuſmodi narratiunculis aſſentiretur? oportet igitur aliud quippiam ſubeſſe, & tantis Abſurditatibus occaſionem præbuiſſe. Hoſce errorum FONTES dum obiter inquiro, reperio præcipuè Denos. quorum

¶ Primus eſt Craſſa & literalis Propheticorum oraculorum interpretatio. finxerunt enim ſibi hanc regulam, אין מקרא יוצא מידי פשוטו *nullus textus elabitur manus ſuæ Nuditatis*, hoc eſt, etiamſi Allegoricè quid aliud ſignificet, nunquam tamen propterea literalis ſenſus planè tollitur. Itaque figuratiſſimas quoque Prophetarum ſimilitudines, κατὰ τὸ ῥητὸν intelligunt, & ex hâc officinâ tot fabuloſa miracula cudunt. Verbi gratia, quod Eſa. 7. v. 20 dicitur; *In illâ die radet Dominus Novaculâ conductitiâ, per transfluviales per Regem Aſſur, caput & pilos pedum, & etiam barba abſumetur:* non quidem negant Myſticum huic dicto ſubeſſe ſenſum, ſed tamen nec Literalem prorſus ociosum eſſe putant aut fruſtraneum. proinde introducunt Deum ut aliquem Barbitonſorem, qui regi Aſſyriæ cæſariem abraſerit, & hoc ſchemate docuerit, quomodo ſubjugatos à ſe populos tractare debeat. Fabula hæc prolixius extat in Thalm. tr. Sanhedrin, cap. Kol-Iiſraël

·& ob-

& obſignatur pag. 96. fac. a. mox ab init. hiſce formalibus verbis: וחבו (proculdubio vitiosè pro ויהבו) ליה מספרתא / עד דאתא איחשך / אמר ליה זיל אייתי נורא / אזל ואייתי נורא · כהדי דקא נפח ליה אתלי ביה נורא בדיקניה / אזל גוויה לרישיה ודיקניה / היינו דכת' וגם את הזקן תספה: *& dederunt (Angeli) ipſi (Sannacheribo) forpicem. donec verò redierat, obtenebratum fuit (nox jam ingruerat) dixit ipſi (Deus) abi affer lucernam, abjit & attulit lucernam; dum itaque inſufflaret in ipſam, ſuſpenſa-hærebat (exiliens) flamma in barbâ ejus. abjit (ergò Deus &) totondit caput atque barbam ejus. Ecce id eſt quod ſcriptum (Eſa. 7. v. 20.) etiam Barba conſumetur.* Et quia hanc tàm vilem operam Deo tribuere blaſphemum videri poterat, excuſant hujus narrationis abſurditatem ipſimet, ſub finem pag. præced. אמר רבי אבהו אלמלא מקרא כתוב אי אפשר לאומרו: *dicit Rabi Abhu, niſi textus (propheticus expreſſè) ſcripſiſſet, non poſſibile (aut fas fuiſſet) dicere illud.* Aliud exemplum in ejuſdem Eſaiæ cap. 41. v. 2. legitur: מי העיר ממזרח צדק / יקראהו לרגלו / יתן לפניו גוים / ומלכים ירד · יתן כעפר חרבו / כקש נדף קשתו: *Quis excitavit ab oriente juſtitiam? (abſtractum pro concreto, id eſt, hominem juſtiſſimum) vocavit eum (hic & deinceps in hebraiſmo ſunt futura pro præteritis) ad pedem ſuum? (ut ſecum iret inſtar pediſſequi) dedit coram ipſo gentes? & reges ſubjecit? dedit ſicut pulverem (Thalmud leget per Beth* בעפר *in pulvere, quomodo etiã græci per ὡς reddiderunt) gladium ejus? ſicut ſtipulam impulſam arcum ejus? (Hebraicè pulchra eſt Agnominatio inter* קש *&* קשתו*)* Hæc verba procul dubio de Patr. Abrahami exitu & pugnâ, cum 4. Regibus orientis Gen. 14. v. 15. commiſsâ loquuntur. nam Chaldæus Paraphraſtes diſertâ ejus nominis mentione id docet, & etiam noſtrorum interpretum plerique aſtipulantur. ſed audi quæſo, quodnam Miraculum Judæi hinc extruant. Ibid. p. 108. fac. b. circ. fin. אמר רב חנה בר ליואי / אמר שם רבא לאליעזר / כי אתו עליוכו מלכי מזרח ומערב / אתון היבי עבידותו · אמר ליה / אייתיה הב"ה לאברהם /

לאברהם׳ ואותביה מימיניה׳ והוה שדינן עפרא׳ הוו חרבי׳ גילי׳ והוו גרו : וכו׳ *recenſet Raf Channa filius Livai, dixiſſe Semum magnum (Noachi filium, qui Abrahamo poſt prælium illud panem & vinum obtuliſſe, atque v. 18. Malchi zedek denominatus eſſe creditur: cum etiam literæ* שם *per Cabalam in* מלך שלם *reſolubiles ſint) ad Eleazarum (Abrahami libertum, pugnæ ſocium) quando veniebant ſuper vos Reges orientis & occidentis, vos quidnam egiſtis? reſpondit ei: adduxit* DEUS *Opt. Max. Abrahamum, & collocavit ipſum à dextris ſuis, & accidit: projiciebamus nos pulverem, fiebant* GLADII; *ſtipulas & fiebant* SAGITTÆ, *&c.* Cum enim trecentos tantùm & octodecim vernaculos ad pugnam armaſſe conſtet, non vident quomodo abſque inſigni quodam miraculo, exiguâ manu tàm validas quatuor regum copias fuderit. itaque ad hunc Eſaiæ locum confugiunt, & è pulvere Gladios, è ſtipulis Tela huic imbelli turbæ fabricantur. ¶ II. ſæpè propriorum nominum Etymologias venantur, quas nunquam putant inanes, & inde perſonis ejuſmodi qualitates aut res geſtas attribuunt, quæ cum nominibus conveniant. v. g. quod rebellionis ille author Korah, capite *Calvus* fuerit, & parentibus ſuis *dentes hebetârit*, id cap. ult. Sanh. pag. 109. fac. 2. circ. f. non aliunde probant, quàm quod Num. 16. v. 1. ubi genealogia ejus nominatim recenſetur, Kehati nepos eſſe dicitur. Kehat autem à radice קהה deducunt, quæ debilitari; aut ſi de dentibus ſermo eſt obſtupeſcere; ſi de ferro, obtundi, hebetari; ſi de liquidis, aceſcere ſignificat. ipſum verò Korah à Rad. קרח quæ pilos evellere, glabrare, friguſvé inducere ſonat. ¶ III. plurima ipſorum dogmata, illiſque ſuperſtructæ fabellæ, originem ſuam è Cabalâ trahunt, in quo nugandi artificio, quo quiſque eſt monſtroſior, eò ipſis habetur doctior. v. g. quòd Judæus diebus ſabbathinis duplicem poſſideat Animam, probant ex Exod. 23. v. 12. *ſex diebus facies opera tua, die autem ſeptimo ceſſabis, ut*

requieſcat

requieſcat bos & aſinus tuus וינפש & animetur *filius ancillæ*
tuæ & peregrinus. quæ vox Bis in eadem materiâ uſurpa-
tur, & Exod. 32. v. penult. ubi de Dei quiete ſermo eſt re-
petitur. ibi annotat celebris ille nugivendus B. Thurim.
וביוםֿ השביעיֿ שבתֿ וינפשֿ ס"ת שתים ׳ ששתים נפשות לאדם
בשבת: *(verba textus) & die ſeptimo quievit atque Animatus*
eſt (per illam ſpeciem Cabalæ quæ) Sophe-theſot (dicitur, valet
idem quod Schetim, hoc eſt,) duæ: quòd binæ animæ ſint homini
die feriato. **Reime dich Bundſchuch.** Sic quòd Eccleſia
nunquam ad pauciores quàm triginta ſex Electos re-
dacta fuerit, probat R. Abbai magiſtraliter, cap. Chelek
pag. 97. fac. b. poſt med. ex Eſaiâ: לא פחית עלמא מתלתין
ושיתא צדיקי דמקבלי אפי׳ שכינה בכל דרא · שנא׳ אשרי כל חוכי
לו · לו בגימטריא תלתין ושיתין הוי· *(ad verbum) non minuit*
Mundus præ triginta ſex Juſtis, qui ſuſcipiant faciem Divini-
tatis, etiam in omni generatione. ſicut dicitur (Eſa. 30. v. 18.)
beati omnes qui expectant eum (ratio conſequentiæ quia) vox
לו *per gematriam 36. facit.* En ſubtile inventum! ut ge-
ſtiunt pueri reperientes Midam in fabâ! adhuc unum, ex
eod. c. p. 100. f. a. circ. fin. עתיד הק"בה ליתן לכל צדיק וצדיק
שלוש מאות ועשר׳ עולמות · שנא׳ להנחיל אוהבי יש ואוצרותיהם
אמלא · יש בגימטרוא תלת מאה ועשרה הוי: *futurum eſt ut*
Deus Opt. Max. det unicuique juſto trecentos & decem Mundos.
quia dictum (prov. 8. v. 21.) ut hæreditare faciam diligentes me
JESCH *(h. e. Ens, aliquid) & theſauros eorum impleam (rationē*
quæris meticuloſe Chriſtiane? eam Cabaliſtæ habent in promptu)
vox יש *per gematriam 310. conficit.* ¶ IV. non dubium
eſt, quin multa quoq; hauſerint è vivâ Traditione Majo-
rum ſuorum, quibus omninò plures rerum in patriâ ſuâ
geſtarum circumſtantias, quàm nobis, notas fuiſſe opor-
tet. Verùm quod Virgilius de famâ ſcitè dixit, eam vires
acquirere eundo, id ego de hiſce Avitis narrationibus ſta-
tuo; quò crebrius ex uno ore in aliud transfuſæ fuerint,
eò minus ſinceras manſiſſe. ut enim hybernis menſibus

Nivea maſſa, per plateas à colludentibus puerulis provoluta, hâc ipsâ rotatione ſubitò maxima ſumit incrementa; ſic iſtæ Traditiones, à parentibus acceptæ & ad filios propagatæ, per tot nepotum continuè ſibi ſuccedentium additiunculas multiplicatæ, in immenſum excrevêre: adeò ut v. g. Ogi Regis Baſan ſtatura, per ſe ſatis procera, hiſce geometris vel Babylonicam turrim exſuperet. non nego vaſtiſſimi corporis fuiſſe Gigantem: id enim è ferrea ipſius ſpondâ facilè æſtimatur, de quâ Deut. 3. v. 11. *ſolus Og remanſerat ex reliquiis Rephaim. ecce lectus ejus ferreus, in Rabbath filiorum Ammon (aſſervatus etiamnum viſitur!) novem cubitorum longitudo ejus, & quatuor cubitorum latitudo, juxta ulnam hominis (Tharg. Onk. Regis.)* unde apparet quòd Viris Quatuor ſibi mutuò impoſitis non fuerit humilior, & conſequenter (factâ multiplicatione quadratâ) vix tot panni quot aliàs ſedecim homines uſurparent, ipſi veſtiendo ſuffecerint, adeòq; (docente id cubicâ computatione) totius corporis mole, & carnis oſſium nervorum venarumque pondere, Sexaginta quatuor vulgares perſonas adæquârit.

4 *linea*
4
16 *ſuperficies*
4
64 *corpus.*

Et hæc menſura Mathematicè ſuper fundamentum textus extructa, ſatis benè ſe habet. At Judæorum calculus hîc immane quantum addit. ſic enim B. Thurim ad prædict. textum annotat: מֹשה שהיה הא הא אמה ודלג י׳ אמה וכלי מלחמתו י׳ אמה׳ והכהו בקרסולו שהוא עשרה אמה: *Moſes qui (altus) erat bis ſenos cubitos, ſubſiliit decem cubitos (tenens) arma bellica* 10. *ulnas (longa, & tamen) percuſſit eum (ſaltem) in talo, qui & ipſe erat totidem cubitorum.* quod idem quoq; Talm. lib. Berachot cap. ult. haroæh prolixius narratur. Id ſi verum eſſet, aſſurgeret ſtatura ejus ad 500. cubitos. nam talus hominis, ex communi ſtatuariorum ſententiâ ſemipedem altus eſt, & ipſe homo ſex integros: duodecies autem 42. ſum-

42 { 10 *altus* / 10 *arma* / 10 *ſaltus* / 12 *Moſes*
42
12
84
42
504.
pes $\frac{1}{6}$ *ſtatura*

42. ſummatim 504. conficiunt. ut interim de cubicâ corpulentiâ nil dicam. Inſanam hanc hyperbolem auget amplius Abba Schaul in Thalm. tr. Nidda cap. 2. dicere non veritus, quod aliquando oſſeam ejus tibiam in itinere offendens, in eâ ultra tria milliaria peregrinatus fuerit. auditum admiſſi riſum teneatis amici! non video quomodo ſpiſſa hæc additamenta toties conduplicata palliare poſſint, niſi fortè textui vim inferre & dictionem ערש quæ ipſis *Cunas* quoque ſignificat, ad Ogi Infantiam referre, aut voces אמות Cabaliſticè in מאות transformare velint. Lubens hîc prætereo ingentem illam Ranam, cap. 8. Baſæ-Bathræ deſcriptam; quæ mihi videtur ex malè intellecto illo loco Exod. 8. v. 2. enata eſſe, ubi collectivè in ſingulari numero dicitur; *& aſcendebat Rana tegebatq; terram Ægypti:* quem textum R. Sal. Jarchi, literæ abſurditatem metuens, nec tamen à ſuis diſſentire auſus, ancipiti animo ſic explicat: צפרדע אחת היתה׳ והיו מכין אותה׳ והיא מתות נחילים נחילים׳ זהו מדרשו · ופשוטו יש לומר׳ שרוץ הצפרדעים קורא לשון יחידי: *Rana tantùm unica fuit (ab initio) ſed percutiebatur ea (deinceps, ſic demum) diſſiliebat in tota Examina: & hæc eſt Myſtica explicatio. Sed ſimplicior, dicere, quòd copioſiſſimum proventum ranarum (per Syntheſin) expreſſerit numero ſingulari.* V. Hiſce præmemoratis errandi occaſionibus, videtur quintò etiam Ambitio acceſſiſſe, morbus hujus populi temperamento peculiariter familiaris, quo languebant cumprimis ipſorum Scribæ & Doctores, qui omni conatu ſuo collimabant unicè πρὸς τὸ θεαθῆναι, & amabant πρωτοκλισίαν in conviviis πρωτοκαθεδρίας in Synagogis, & honorificas ſalutationes in publicis conventibus, & compellationes nomine RABBI RABBI. ut Chriſtus graviter ipſis exprobrat Matth. 23. v. 5. 6. 7. Quò ergò quiſque prodigioſiorem attulerat opinionem, eò cenſebatur Rabbini nomine dignior; modò aſſertionem ſuam è ſcripturis utcunque poſſet colorare.

hunc talem digito monſtrabat popellus, hiſce artibus ſimul quoque in devotione retentus. ut olim majores noſtri inſulſis Monachorum Legendis permulcti, & etiamnum hodie quidam Jeſuitarum piis, quos ſic vocant, Dolis faſcinati. hinc inquam, magna pars fabuloſorum miraculorum & miraculoſarum fabularum orta eſſe videtur. v. g. quia in diebus Hiſkiæ Sol aliquot gradibus retrogreſſus eſſe legitur, non viderant naſutiſſimi Magiſtri, quâ ratione aliâ tum Aſtronomicæ revolutiones, tum Chronologica temporum intervalla rectè ſibi conſtare poſſint, niſi exceſſus ille diei, contrario defectu compenſatus eſſe ſtatuatur. Proinde ex abyſſo ſapientiæ ſuæ finxerunt, cum maximo rudis plebeculæ applauſu, brevem aliquam Dieculam, quæ totidem horis caruerit, & alibi neceſſariò ſarcienda fuerit. Cujus fabellæ ſedes eſt in Talm. c. Chelek. p. 96. fac. a. poſt med. :אמר רבי יוחנן׳ אותו
היום שמת בו אחז שתי שעות היה׳ וכי חלה חזקיהו ואיתפח
:אהדרינהו קודשא בריך הוא להנך עשר שעי ניהלה׳ דכתיב הנני
משיב את צל המעלות אשר ירדה במעלות אחז בשמש אחורנית
ait Rabi עשר מעלות׳ ותשב השמש י׳ מעלו׳ במעלו׳ אש׳ ירדה:
Jochanan: Illa dies quâ objit Achaz (Rex Judæ, anteceſſor Hiſkiæ ſaltem) duarum horarum fuit. cum verò decubuit Hiſkias & convaluit, reſtituit eas Sanctus ille benedictus, haſce decem horas. ſicut ſcriptum (Eſai. 38. v. 8.) Ecce ego reduco umbram graduum, quæ deſcendit in gradibus Achaz, in ſole retrorſum per decem gradus. & reverſus eſt ☉ *10. gr. per quos deſcenderat.* ubi obiter notandum eſt, textum non loqui de Gradibus cœleſtibus, quorum 360. cuilibet circulo ab Aſtronomis tribuuntur, ſed de gradibus vel Scalis quibuſdam materialibus aut lapideis, Numero duodecim, quas R. Achaz (procul dubio Gnomonicæ rei peritus) ad meridionale latus baſilicæ ſuæ fabricaverit, ut umbris ſuis horarum diſcrimina docerent. prout id paraphraſtes Chaldæus per צורת אבן שעיא במסקנא *figuram lapidis horarum in aſcenſu*, diſertè innuit,

nuit, & R. Salom. Jarchi rectè explicat, ædificatas fuiſſe כמין מדרגות עשוית כנגד החמה / לבחין בהם שעות היום׃ כעין אורלוגין שעושין האומנים׃ *ad ſpeciem Cochlearum, factarum è regione Solis, ad explorandum ibi horas diei. inſtar horologiorum (σκιαθηρικῶν) quæ conſtruunt artifices.* Sed hîc interim non perpendunt Æſopi mei Thalmudici, quòd ſi Sol per decem horas ſive 150. gradus circuli diurni retrogreſſus eſt, per totidem quoque, hoc eſt, quincuncem paralleli ſui omninò iterum progreſſum, ſicque bis decem horis retardatum fuiſſe oporteat, & conſequenter diem illam non in 22. tantùm ſed triginta duas horas excreviſſe. Cujus complementum ad ſecundam periodum non 2. ſed 16. horas requireret: ſi omninò Creatori miraculum ſuum naturaliter excuſare, aut aſtra (ut olim Romulei Pontifices faſtorum Calendas, aut hodie Æditui horologia turrium ſolent) pro libidine ſuâ gyrare velint. Et ut hi Joves hîc cœlos rotant, ita pag. præced. fac. a. ſub fin. Terram quoq; in occurſus viatorum agitant, ut ipſos itineris labore ſublevent. תנו רבנן שלשה קפצה להם הארץ / אליעזר עבד אברהם / ויעקב אבינו / ואבישי בן צרויה · ** אליעזר * דכת' ואבוא היום אל העין למימרא דההוא יומא נפק׃ *tradunt Magiſtri noſtri, tribus (perſonis) ſubſiliit terra (obviam). Eleazaro ſervo Abrahami, & Jacobo Patri noſtro, & Abiſchai F. Zerujah, &c. Eleazaro, &c. quia ſcriptum (Geneſ. 24. v. 42.) & perveni* היום *eo die (quo cum hero meo collocutus eram. ſecundum Judaicam quidem expoſitionem) ad fontem. quaſi diceret, eo ipſo die egreſſum eſſe.* non enim vident, quâ ratione aliâ tàm ſubitò tantùm iter emenſus eſſe & puteo aſtitiſſe potuerit, niſi miraculosè tota regio ipſi obviaſſe fingatur. ſed mitto haſce nugas, & pergo ad illas Judæorum narrationes, quæ vulgò pro Fabulis habentur, cũ tamen reverà non ſint, ſed longè aliud in interiori receſſu contineant.

¶ VI. tales ſunt ipſorum PARABOLÆ, quas ſatis ingenioſè excogitatas, divite metunt meſſe. Eas ſi quis ad literam tantùm velit

intelligere, putabit eſſe vanas, abſurdas, fatuas, deliras & interdum planè impoſſibiles aut etiam blaſphemas. Quâ in parte non tantùm recentiores Apellæ inſcitiam ſuam produnt, accipiendo illas ſecundum corticem literarum & credendo rem geſtam; ſed & Chriſtianorum multi aberrant, qui eas in ipſo fonte nunquam legerunt, ſed ſolis & plerumq; malâ fide adductis allegationibus nimis ſecurè nituntur, & tamen hinc univerſa Thalmudicorum dogmata æſtimare, Rabbinoſq; veluti mortalium ſtultiſſimos exſibilare audent. ipſi æquè abſurdi, ac ſi quis Judæorum noſtram religionem ex Æſopæis Apologis dijudicare præſumeret, ideò quod ipſos in ſcholis magnâ ſeveritate Chriſtiani doceant Pædagogi. ſed præſtat Exemplum afferre, quàm cum hiſce larvis luctari. in ſæpè citato capite Kol-Iſrael p. 91. fac. a. ſub fin. & b. mox ab init. ſic legitur: מלך בשר ודם / היה לו פרדס נאה והיה בו בכורות נאות׳ והושיב בו שני שומרין׳ אחד חיגר ואחד סומא· אמר לו חיגר לסומא׳ בכורות נאות אני רואה בפרדס׳ בא והרכיבני ונביאם לאכל▭· רכב חיגר על גבי סומא והביאום ואכלום· לימים בא בעל פרדס׳ אמר להן בכורות נאות להיכן הן· אמר לו חיגר׳ כלום יש לי רגלים להלך בהן׳ אמר לו סומא׳ כלום יש לי עינים לראות· מה עשה· הרכיב חיגר על גבי סומא ודן אותם כאחד: *Rex quidam caro & ſanguis (exiſtens) habebat Paradiſum amœniſſimum, & in eo primitias (fructuum) præſtantiſſimas. Is collocabat illuc duos Cuſtodes, unum Claudum, alterum Cœcum (ideò mancos nè ipſimet fructus decerperent) alloquebatur autem claudus cœcum: primitias elegantes video in horto, veni & vecta me (tibi inſidentem) auferemus eas ut comedamus. Equitavit ergò claudus ſuper dorſum cœci, & abſtulerunt eas atq; devorârunt. poſt dies (aliquos) venit Poſſeſſor Paradiſi, quærens ex eis; primitiæ (illæ) ſuaves quorſum ſunt (delatæ?) reſpondit ei Claudus, nunquid mihi ſunt pedes ut ambulem illuc? reſpondit quoq; Cœcus, nunquid mihi ſunt oculi ad cernendum? quid egit? (Dominus horti) impoſuit Claudum tergo cœci, & judicavit ambos quaſi unum (conjunctis pœnam irrogavit, qui eam mereri nequibant ſeparati.)* Hæc allegoria ſic nudè recitata non cuivis ſtatim intelligitur, ſed fortè anilis quędam narratio, causâ fallendi temporis conficta putatur: Ergò attendenda ſunt quæ antecedunt & ſequuntur, unde dictorum occaſio ſcopus & applicatio clariſſimè patebunt. ea ſunt:

אמר ליה אנטונינוס לרבי / גוף ונשמה יכולין לפטור עצמן מן הדין· כיצד/ גוף אומר נשמה חטאת׳ שמיום שפירשה ממני הריני מוטל כאבן בקבר׳ ונשמה אומרת גוף חטא׳ שמיו▭ שפירשתי ממנו

ממנו׳ הרני פורחות (rectius פורחת) באויר כצפור · *** אף הק״ב מביא נשמה וזרק׳ בגוף ודן אותם כאחד · שנא׳ * יקרא אל השמים מעל ׳זו נשמה ׳ ואל הארץ לדון עמו · זה הגוף: *dicebat Antoninus (imper. cognomento Philoſophus, qui Iudæis admodum faviſſe, multumq́ue cum ipſis clandeſtinæ familiaritatis habuiſſe fertur) ad Rabbinum: Corpus & Anima poterunt eximere ſeipſos è Judicio (extremo poſt reſurrectionem mortuorum.) Quomodo? ſi corpus ita argumentetur: Anima peccavit, nam à die quâ ſeparata eſt à me, ecce ego projectum jacui inſtar lapidis in ſepulchro: & anima regerat: Corpus peccavit, nam à die quo ſeparata ſum ab illo, ecce ego circumvolitabam in aëre ſicut avis.* Et poſtea: *Sed* DEUS *Opt. Max. reducet animam & diſperget (diffundet) eam per corpus, ſicq́ue judicabit ambo (conjunctim) quaſi unum. ſicut dicitur (Pſalm. 50. verſ 4.) advocabit cœlos deſuper; hæc eſt Anima (particula auræ cœleſtis) & terram, ut judicet populum ſuum; hoc eſt Corpus. (terrena pars hominis. quem tamen locum Chaldæus aliter, ſc. de Angelis in cœlo, & juſtis in terrâ interpretatur.)* Cæterùm eſt quod hîc de Judæorum Parabolis admoneam, eas non ſemper ab indefinitâ re vel perſona deſumi, ut præcedens allegoria מלך פלוני *regem quendam Anonymum & utopicum* introducit, ſed interdum audacius ſe proferre, & evidentiæ cauſsâ certis aliquando ac nomine ſuo appellatis Perſonis rebus & locis attribui; ut nimirum vehementius percellant legentis animum, & profundius in cogitationes demittantur. Idq́ue videtur non ſine exemplo, ſed illorum temporum More quodam factum eſſe. nam & in Evangelicâ ſimilitudine Luc. 16. verſ. 19. Lazarus quidam nomine ſuo vocatur, cum tamen interpretum plerique Allegoriam tantum eſſe aſſerant, & etiam in quibuſdam exemplaribus græcis (teſte Regio opere) ἑτέρα παραβολὴ expreſsè nominetur: quod tamen nemo ſic à me dictum exiſtimet, ac ſi Thalmudicas haſce parabolas illis Evangelicis comparare velim. חלילה לו *abſit à me* & longè abſit! ſcio enim illas ex divino ipſius veritatis ore profectas, myſteriorum pleniſſimas, religiosè venerandas eſſe, has verò è lacunis humanarum traditionum hauſtas, infinitis ineptiis ſcatere. Sed hoc ſaltem intendo, Individuarum perſonarum mentionem in Thalmud, non propterea ſtatim rei geſtæ veritatem inferre, nec pro fide dignis Hiſtoriis omnia illa venditari, quibus certarum circumſtantiarum fucus eſt obductus: præſertim ubi manifeſta ſequitur Applicatio, & allegoriæ ſua Exegeſis adjungitur. Non ſecus ac in veteri Eccleſiâ Chriſtophori Georgii

Marga-

Margarithæ,&c. à doctioribus pro meris parabolis habebantur, etſi his nominibus indigitati fuerint, draconum marium, urbium, &c. expreſſa mentio facta, & præterea plurimi ſemper ut rem verè ſic geſtam crediderint. Tales enim narrationes etiam apud profanos authores in omnibus reperiuntur linguis. Apud Græcos Xenophon Cyrum ſuum, non ad hiſtoriæ fidem, ſed perfecti Imperatoris effigiem delineavit, nec qualis fuerit, ſed qualis fuiſſe debuerit deſcripſit. Sic Ulyſſes Homero, & apud Latinos Æneas Virgilio nomen tantùm commodat non fidem; ut egregiè delirent, qui omnia illorum pro hiſtoriis acceptant. Sic tota Metamorphoſis Ovidiana, omnes Poëtarum fabulæ, omnia Comicorum theatra, ſub certarum perſonarum (vel aliquando, vel quod perinde eſt, nunquam in mundo viſarum) habitu, ex communi eruditorum ſententiâ, longè aliud docent, quàm literali ſenſu præ ſe ferunt. Sed nec nobis Germanis exempla deſunt. talis enim inter plures eſt v. g. famoſiſſima illa & multis quoque gravibus viris credita, fictitii cujuſdam Doctoris Fauſti legenda, quam tamen ſaniores non niſi in hunc finem excogitatam eſſe ſtatuunt, ut promiſcuam plebem, in ſuperſtiones & magicas artes pronam, tragico quem affingunt eventu, ab ejuſmodi ſceleribus deterrere.

Nunc tempus eſſet, ut ex ipſo Thalmud ſelecta quædam Exempla ſubjicerem; verùm quia / היריעה הזאת קטנה מהכיל אותם והמצע קצר מהשתרע *Cortina præſens minor eſt, quàm quæ comprehendat ea, & ſtratum (reſiduæ pagellæ) nimis exiguum potius quàm ut redundet*, ſicut Hebræi loquuntur, ideò hîc abrumpere & in ſeq. Diſp. differre cogor. exemplo civium urbis Sodomæ, qui cap. Chelek p. 109.b. circ. med. inter alia facinora, etiam Proceris hoſpitibus ſuis pedes ſic amputaſſe dicuntur, ut truncus in ſpondam, quam hoc nomine publicam habebant, quadraret. הויא להו פורייתא / דהוו מגני עלה אורחיה · כי מאריך גייזי / כי גוץ מתחי ליה: *Erat illis lectus, quo recondebant viatores. ſi quis excederet, reſecabant; ſi deficeret extendebant ipſum.*

DISPV-

DISPUTATIO SEPTIMA.

Reſpondente

DANIELE REZERO.

NUNC ITAQUE EX ISTO ANGIportu eluctatus, & in hunc amplioris paginæ Campum delatus, profero Exemplũ monſtroſæ illiuſmodi Parabolæ Thalmudicæ, è lib. Cholin c.3. p.59.b. poſt med.
אמר ליה קיסר לרבי יהושע בן חנניה · אלקיכם
(ſic enim DEI *nomen ſemper cum Kuph vel Daleth pro He ſcribunt, nè profanetur.)* אריה / דכתיב / באריה מתיל
שאג מי לא יירא · מאי רבותיה / פרשא קטיל אריא · אמר
ליה / לאו בהאי אריא מתיל / באריא דבי עילאי מתיל · א״ל
בעינא דמיחזית ליה ניהלי / א״ל לא מצית חזית ליה · א״ל איברא
חזינא ליה · בעא רחמי / אתעקר מדוכתיה · כי הוא מרחיק ארבע
מאה פרסי / ניה▭ חד קלא / אפילו כל מעבדתא / ושורא דרומי
נפל · אדמרחק תלת מאה פרסי / ניה▭ קלא אחרינא / נתור ככי
ושיני דגברי ואף הוא נפל מכורסייה לארעא / א״ל במטותא
מינך / בעי רחמי עליה דלהדר לדוכתיה / בעא רחמי עליה / ואהדר
ליה לאתריה: *dixit ei Cæſar ſcil. Rabbino Jehoſchua filio Chananiæ: Deus veſter Leoni aſſimilatur, ſicut ſcriptum eſt (Amos 3.8.) Leo rugit quis non timebit? qualis nam fortitudo ejus? Eques interficeret eum! (Scholiaſtes vocem* פרשא *reddit per* אר▭ גבור *hominem robuſtum) reſpondit ei, non per hoc (vulgari) Leoni aſſi-*

ni aſſimilatur, ſed Leoni qui eſt in Elai (hoc eſt, eodem interprete שם יער *nomen proprium vaſtiſſimæ cujuſdam ſylvæ) dixit ei (abbreviatio* א"ל *ſonat* אמר· לך *) cuperem ego videre illum ipſum: reſpondit ei, non potis es ut cernas ipſum. dixit ei: veruntamen aſpiciam ego illum (gloſſ.* אמת אני רוצה לראות׳ ועל כרחך צריך אתה להראותו לי *verè deſidero ipſum videre, & vel invitum oportet te ipſum mihi monſtrare) rogavit miſericordem (Deum Rabbi ſupplex exoravit) & avulſus fuit à loco ſuo. cum adhuc abeſſet (à colloquentibus) quadringentas leucas, rugiit unâ voce, proſtratæ fuerunt omnes gravidæ (abortierunt) & mœnia Romana corruerunt.* Ho! Ho! *cum verò diſtaret* 300. *tantùm miliaribus, rugiit voce poſteriori, concuſſa ſunt (omnia) in tantùm, ut dentes virorum (exciderint) & etiam ipſemet (Cæſar) præcipitatus fuerit de throno ſuo in terram. (ſi credere fas eſt!) dixit ipſi, ex petitione abs te (hoc mihi evenit, ipſe accerſivi hoc malum: ſed nunc iterum) roga Miſericordem ſuper eum, ut redeat in cavernam ſuam. & rogavit miſericordem (Deum) reduxitq; ipſum in locum ſuum.* (Sonſt were er noch da.) quis tàm hebetis eſt ingenii qui non hinc intelligat, quorſum tota Narratio collimet? nimirum ut eo ſchemate adumbretur, rudibuſque animis profundius imprimatur Infinita Dei potentia, fortiſſimi Leonis rugitui non fruſtrà comparata. quicquid interim nugacium circumſtantiarum de Cæſare, ſylvâ Elai, urbe Româ, &c. ſit affictum. Sic alibi introducunt ejuſdem Imperatoris filiam, ab hoc Rabbino callidè ſubornatam, ut parenti perſuaderet, nè porrò vina ſua (pro more temporum) fictilibus aſſervaret vaſculis. id pauperum eſſe, qui precioſiora dolia non ſint emendo; Cæſarem verò magnifica decere vaſa. unde permotus ille Argentea maximo curârit fabrefieri ſumptu: in quibus cum vinum mox aceſceret, accerſitum & pernicioſi conſilii accuſatum Rabbinum reſpondiſſe; ſic & Sapientiam in delicatis hominibus muceſcere, in deformibus verò & coram mundo abjectis libentius

habita-

habitare, Deumque pretioſiſſimas donorum gemmas, plerunque viliſſimis homuncionum capitibus ceu annulorum palis includere. Quis iterùm non videat fictionis hujus ἐπιμύθιον? quod per ſe eſt veriſſimum, nec ab illo Paulino 2. Cor. 4. v. 7. longè abludit, *habere nos Theſaurum ἐν ὀςρακίνοις σκεύεσιν ut hyperbole virtutis ſit ſolius Dei neq; noſtri.* quanquam in eo peccent Judæi, quòd ex fabuloſis & ſuſpectis principiis deducunt, quæ ex veris minori ſuo contemptu potuiſſent. Sed nimis prolixus evaderem, ſi ſingula percenſere vellem. pergo ad cætera. ¶ VII. Præter haſce parabolas habent ſuas quoque Proſopopœias, ubi nimirum inanimatæ rei ſenſum & loquelam tribuunt. idque non tantùm exemplo profanorum Rhetorum inter omnes gentes, ſed cumprimis imitatione ipſius S. Scripturæ, quæ Deut. 32. v. 1. cœlos & terras, ac ſi auribus prædita eſſent, auſcultare, Pſal. 148. v. 3. 4. Solem lunam ſtellaſque, perinde ac ſi ora haberent, Deum laudare jubet. Pſal. 147. v. 9. pullos corvorum orantes, Eſai. 5. verſ. 14. Infernum rictu peccatores devorantem, Prov. 30. v. 16. Ignem etiam loquentem, Hab. 3. v. 11. lapides è muro clamantes, trabes de laquearibus reſpondentes introducit, & hujuſmodi ſchemata, præſertim in Prophetis & Jobo continet quamplurima. Quemadmodum verò Ciceronem nemo propterea credet inſanire, quòd curiæ Romanæ parietes ob Marcelli reſtitutionem geſtire dixit, & Cæſari gratias agere: ità nec Judæorum Tropi ita craſsè ſunt accipiendi, nec illi ſtultitiæ hinc inſimulandi. Cap. ult. Sanhedrin. pag. 110. fac. a. circ. f. ubi atrocitatem ſeditionis à Koraho excitatæ exaggerant, fingunt ipſa Aſtra hoc tantum facinus indignè tuliſſe, & niſi Deus id tantum nefas ultus fuiſſet, mundo radios ſuos impertiri amplius noluiſſe. עלו שמש וירח לזבול ׳ אמרו
לפניו ׳ רבונו של עולם ׳ אם אתה עושה דין לבן עמרם נצא׳
ואם לאו לא נצא׳ עד שזורק בהם חיצים: ☽ & ☉ *aſcenderunt*

ad habitaculum (*Dei*) *dixeruntq́ coram ipſo: ô tu Dominator univerſi mundi, ſi adminiſtraveris judicium filio Amram* (*Moſi à Rebellibus laceſſito*) *egrediemur* (*& lucebimus Mundo*) *ſin minus, non exibimus, donec jaculeris in eos ſagittas fulmineas.*) Et huc accommodant dictum illud Hab. 4. v. 11. ſed e violenter, & contra mentem Chaldæi, qui de miraculo Joſuæ cap. 10. v. 13. explicat. Eod. cap. Thalm. p. 104. fac. a. ant. med. introducunt Terram Pſallentem : מיר פתחה הארץ ואמרה לפניו ׳ רבונו של עולם ׳ אני אומרת · לפניך שירה תחת צדיק זה ׳ ועשהו משיח · פתחה ואמרה שירה לפניו שנא׳ מכנף הארץ צמירות שמענו צבי לצדיק : וגו׳ *ſtatim* (von der Hand) *aperuit Terra* (*os ſuum*) *& dixit coram ipſo; Dominator olympi, ego recitabo coram te Cantilenam pro juſto hoc* (*Reg. Hiſkiâ*) *& conſtitue ipſum Meſſiam* (*atque ex Sennaberibo fac Gogum & Magogum*) *incepit ergò & cecinit hymnum coram ipſo. ſicut dicitur Eſa.* 24. *verſ.* 16. *ab alâ* (*hoc eſt, extremitate. ſed & græcus* ἀπὸ τῶν πτερύγων) *terræ cantiones audivimus* (*ſic ſonantes*) *Decus Juſti, &c.* (*ubi tamen iterum vis infertur textui.*) Cumprimis verò familiare ipſis eſt, Literis ſermonem attribuere. ut p. 107. ejuſd. cap. fac. a. ant. fin. יוד שנטלתי משרי עומר וצווח כמה שנים ׳ עד שבא יהושע ׳ והוספתי לו שנא׳ ויקרא משה להושע בן נון יהושע: *Jod quod abſtuli è* (*nomine*) *Sarai* (*Gen.* 17. *v.* 15.) *ſtabat* (*quaſi relegatum,*) *& vociferabatur tot annis* (*exilii ſui, plus minus* 450.) *uſq́ dum veniret Jehoſchuah, & adderem ipſi. ſicut dicitur,* (*Num.* 13. *v.* 17.) *& vocavit Moſes Hoſcheā filium Nun Jehoſchüam* (*per Proſtheſin unius literæ Jod.*) Mutationis cauſam quærit B. Turim è Cabalâ. & quia initialia hujus verſiculi verba אלה שמות האנשים *illa ſunt nomina virorum*, per Gematriam numeri 1187. æquivalent hiſce. שמותיהם מכוערים putant priſtina *ipſorum nomina fuiſſe inhoneſta.* Sed id non verum eſt, niſi forte de cæteris quibuſdam exploratoribus, ut כלב Caleb qui *Canem* נון Nun qui *piſcem* ſignificat, &c. at Hoſchea erat à ſalute denominatus. ideò Thalmudici æquè ſuperſtitioſi, Jod poſt longam

gam viduitatem putabant Joſuæ nupſiſſe, ſcilicet per compenſationem, & nè qua legis litera periret. In Præfat. Echa-Rabbathi, Sextern. Jod. pag. Beth, fac. a. col. 1. edit. Conſtant. inſtituitur pulchra ejuſmodi & prolixa Sermocinatio Alphabethi, quam juſſu Dei habuerit contra populum Iſraëliticum. אמר לו הקב"ה לאברהם / יבואו עשרים ושתים אותיות / ויעידו בהן בישראל · מיד באו עשרים ושתים אותיות · באה אלף להעיד בישראל שעברו על התורה · א"ל אברה' א' את ראש לכל האותיו' ובאת להעיד בישראל ביום צרתם / זכרי יום שנגלה הקב"ה על הר כיני ופתח בך / אנכי ה' אלהיך ולא קבלוך אומה ולשון אלא בני / ואת באה להעיד בבני · מיד עמדה אלף לצד אחד / ולא העידה ברן : וכו' *** וכיון שראו כל האותיות שהשתיקן אברה' נתבוישו ועמדו בעצמן ולא העידו בישראל: *dixit Deus O. M. Abrahamo, veniant viginti duæ literæ, & teſtentur contra Iſrael, (quòd peccatis promeriti ſint captivitatem Babylonicam) ſubitò comparuerunt. 22. literæ (primò) accedebat Aleph, (agmen ducens) ut coargueret Iſraelitas, quòd tranſgreſſi fuerint univerſam legem, (nullum ipſius nè* א *quidem ſervando) tunc interpellavit Abrahamus (literam ſic alloquens) mi Aleph, quod caput es totius Alphabethi! veniſti nè ut Teſtimonium diceres contra Iſraelitas in die afflictionis ipſorum? (q. d. non ſic decet jam ante Miſeros penitùs conculcare velle. Eſt enim Commentarius in Threnos Jeremiæ, Alphabeticâ ſerie conſcriptos) memento diei quâ revelatus fuerat Deus O M. ſupra montem Sinai, & inceperat per te (Decalogum ſuum. Exod. 20. v. 2.) Anochi, hoc eſt, ego Dominus Deus tuus, quòd tunc nemo ſuſceperit te, nullus populus nulla lingua, præter filios meos. at tu (malam gratiam referens) veniſti ut coargueres eos. Confeſtim (ſeceſſit &) conſtitit Aleph ad latus alterum, neq; teſtatum fuit quicquam (non amplius mutire auſum. &c. deinceps etiam aliæ literæ ſic adducuntur & cum ignominiâ removentur. tandem ſequitur) poſtquam ergò viderat univerſum Alphabetum, quòd obmuteſcere ſe feciſſet Abrahamus, erubuit & ſtetit ſeorſim, neque depoſuit quicquam. (Obſerva interim, quàm non culpam ſuam agnoſcant*

 plagi-

plagipatidæ, quantùm ſe excuſare laborent Sanctuli, quantùm ſuis & Abrahami meritis tribuat pertinax ille populus.) Addam adhuc unicum hujus generis Exemplum, ex ult. cap. Sanhedr. pag. 101. fac. a. poſt init. ubi piâ & ingenioſâ πλάνῃ in ſcenam producunt Codicem ſacrum, ſacco amictum ſive pullatum, & de contumeliis quas inter Illuſores ſuſtinet, apud Deum conquerentem. תנו רבנן׳ הקורא פסוק של שיר השירים□׳ ועושה אותו כמין זמיר׳ והקורא פסוק בבית משתאות בלא זמנו׳ מביא רעה לעולם· מפני שהתורה חוגרת שק ועומדת לפני הקב״ה׳ אמרה לפניו׳ רבונו של עולם׳ עשאוני בניך ככנור שמנגנין בו גוים * בשעה שאוכלין ושותין: *tradunt Magiſtri noſtri: quicunque legit verſum è Cantico canticorum (Salomonis) & componit illum ad ſpeciem (vel melodiam) Cantilenæ (vulgaris) item qui legit verſum in domo (tabernâ) convivii extra tempus ſuum, ille introducit (grande aliquod) malum in mundum. Proinde Thorah, hoc eſt, Lex (abuſum hunc indignè ferens) cingitur Sacco (nota obiter vocabulum* שק *quod ſolum è Babylonicâ ſtrage ad omnes linguas evaſit ſalvum) & aſſiſtit propè Deum, inquiens coram ipſo: ô tu Domine mundi (benignis auribus percipe injurias mihi illatas) fecerunt me filii tui quaſi Citharam, in quâ modulos ſuos ludunt gentes, tempore quo comeſſantur & compotant.* quid aptius dici potuiſſet non tantùm in hæreticos & ipſos Judæos, quorum os raucum ſpurciſſimas dogmatum ſuorum cantilenas, dulciſono S. S. Scripturæ melo prorſus ἀναρμόςως accinere non veretur; ſed & quoſdam falsò ſic dictos Chriſtianos, qui ſcripturam quaſi Lyra eſſet, Bacchanalibus ſuis adhibent, & inexpiabili ſcelere inter helluandum in jocos convertunt, ſic ipſius quoque authorem ludibrio habent. In eos quadrat illud Pſal. 69. v. 12. 13. *dedi veſtimentum meum Saccum; & fui ipſis in proverbium, Meditantur de me (Græc. καὶ ἐμοῦ ἠδολέσχουν adverſus me garriebant) ſedentes in portâ, & cantilenas (græcus defectum ſupplet. εἰς ἐμὲ ἔψαλλον in me pſallebant) bibentes ſiceram. (Tharg. addit* בבית קרקסו□ *in domo Cauponariâ.*

Lutherus

Lutherus verò hæc omnia compendioſè & perſpicuè: **Jch hab einen Sack angezogen/aber ſie treiben das Geſpött drauß. Die im Thor ſitzen/ wäſchen von mir/ vnd in den Zechen ſingt man von mir.**) è quo ſcripturæ loco Thalmudici hanc Proſopopœiam procul dubio mutuati ſunt. Judicet ex pauculis hiſce adductis, æquus & præjudicio non præpeditus Lector, an OMNES illorum, quæ primâ fronte ſic videntur Nugæ, reverâ & meræ ſint Nugæ. ¶ VIII· habent & Apologos ſuos, Æſopæorum cæterà ſimillimos, niſi quod eos evidentiæ cauſsâ frequentius in certâ & plerunque primâ perſonâ recitant, ut ſuprà de parabolis dictum. quibus cum valdè affines ſint, operoſiori deſcriptione ſuperſedebo; iſthoc unico exemplo contentus, quod idem caput, pag. 97. fac. a. poſt med. ſuppeditavit:

זימנא חרא איקלעי להוא אתרא ׳וקושטא שמיה׳ ולא הוו משנו
בריבוריהו ׳ ולא הוה מיית איניש מהתם בלא זימניה׳ נסיבי
איתתא מינהון׳ והוו לי תרתין בני מינה · יומא חד הוה יתבא
רביתהו ׳וקא חייפא רישיה · אתאי שיבבתה ׳ טרפא ארשא׳ סבר
לאו אורח ארעא · אמרי לה׳ ליתה הכא · שכיבו ליה תרתין בניה·
אתו אינשי אתו לקמי׳ א״ל מאי האי אמרו להו׳ הכי הוה מעשה·
א״ל במטותא מינך ׳ פוק מאתרין ׳ ולא תיגרי בהו מותנא בהנך
אינשי: *tempore quodam delatus fui in illum locum, cujus nomen erat* VERITAS *(ecce Utopici regni urbem!) ubi non ſolebant mutare verba ſua (hypocriticè quicquam ſimulare vel mentiri; cujus quoq; integritatis ſuæ condignos metebant fructus) nec moriebatur homo exinde, abſq; tempore ſuo (non niſi ætate maturus & capularis ſenex) duxi mihi uxorem ex illis (ſperans fore Longævam: ſecus quàm optant Hæredipetæ, vetularum Amaſii) & erant mihi duo filii ex illâ. die quadam ſedebat in domo illorum, & ſanè lixivio-lavabat caput ſuum. Advenit vicina ejus pultans fores. (gloſſ.* שהיתה שואלת אותה *aliquid ipſam rogatura.) Exiſtimans ego non eſſe ſemitam (conſuetudinem) terræ, (Scholiaſtes ſenſum complet* לומר היכן היא הואיל וחייפה רישה *dicere omnibus ubinam eſſet illa, dum nempe caput lavaret) reſpondi ei:*

non

non eſſe hic (confeſtim ob mendacium parentis mulctati) mortui ſunt ſibi (hebraiſmus) bini filii ejus. Venerunt homines (ad inſolitum funus concurrentes) iverunt in occurſum, quæſiverunt ex me, quid hoc (ſibi vellet? quòd præter loci privilegium, prœmaturè in juventute obiverint?) reſpondi eis, ita ſe habet res. regeſſerunt mihi, cum petitione à te (bonâ pace tuâ hoc te rogamus) egredere è loco, neque accerſe illis Mortem, iſtis hominibus (noſtris concivibus.) Quid Affabulatio doceat, nemini obſcurum eſt, & jam in verſione per παρενθέσεις quodammodò indicatum. Id docendi genus non provectiores tantùm propter jucunditatem amant, ſed & rudioribus omninò accommodatiſſimum eſſe cenſet Abrah-Aben-Ezra in præfat. Rhythm. in leg. ubi de *Draſchim*, h. e. vagis illis & myſticis ſcripturarum expoſitionibus, quæ à literali ſenſu longius abſcedunt loquitur, illorumq; varias occaſiones cauſas & uſus recenſet, inter cætera dicens §. 4. circ. med. וגם
יש דרש להרווח נפש חלושה / בהלכה קשה · ויש דרש מסברא
ידועה / ויש שהוא כהלכה שאינה קבועה · גם יש דרש שהוא
טוב לאחרים / וידריך בדרך תבונה את הנערים · כי יש עוף
שאינו רואה ביום בנגוהות / ובלילה רואה מפני שעיניו כהות:
Eſt inſuper Draſch (talis aliqua expoſitio, excogitata à ſapientibus) ad lucrandum (recreandum) animam debilitatam lectione difficili (ut nempe fatigatum lectorem iterùm exhilarent. nam & prodeſſe volunt & delectare ſicut Poetæ; ac utile dulci miſcere, ut omne punctum ferant) Et eſt Draſch (non omnis ejuſdem authoritatis, ſed quædam) ex ſententiâ notâ (de quâ inter omnes convenit, & viciſſim) quædam quæ nondum fixa (vel ubique rata habetur.) Item eſt Draſch, quæ tantùm bona cæteris (certis quibuſdam hominibus) & ducit in viam cognitionis pueros (quorum tenella ætas felicius docetur ejuſmodi Mythologiis: in quo aſſimilantur Noctuis) quæ avis nil cernit interdiu propter ſplendorem (nimium; ita ipſi caligant in ſublimioribus diſciplinis) noctu verò videt, eò quòd oculos habet cæcutientes. ¶ IX. Videntur quoque SIGNA Thalmudica & Maſorethica fabulis aliquibus

quibus occaſionem præbuiſſe. Eſt enim hoc utriſque ſolenne, ut quando ſeries multorum malè cohærentium memoriâ eſt comprehẽdenda, è ſingulis vocabulum aliquod maximè emphaticum decerpant, illaque invicem combinent, & in unam ſententiam quantumvis abſurdam cogant, modò Methodo & Reminiſcentiæ ſic conſulatur. Id vocant סימן *Signum* quaſi σημεῖον, voce à græcis mutuò acceptâ. Conſimile quid habent etiã Latini, v.g. in veſtibulo Decreti Juris Canonici, ubi ſummulæ 36 cauſarum, ſecundâ parte tractandarum recenſentur, extant aliquot verſus totidem vocabulis conſtantes, è quibus non Ordo tantùm ſed & Materia cauſarum illarũ compendioſè noſcitur; ſic incipientes: *Simon appellat ſpoliatus teſte libello, &c.* ubi neutiquam ſenſus eſt, quòd Simon Petrus appellationis beneficio in defectu teſtimonii uſus fuerit &c. ſed quòd 1. cauſa juris de Simoniâ, 2. de Appellationibus, 3. de Spoliorum reſtitutione, 4. de Teſtium requiſitis, 5. de famoſo Libello &c. & horum occaſione ſingulæ de cognatis materiis agant. Talibus quoque ſignis in mediâ vita conſtat Ciſiojanus, hoc eſt, artificioſum illud Calendarii mnemoſynum. item iſte vel pueris notus quadrageſimalis jejunii computus, *Mors Imperat Regibus. Odioſam Linguam Judicat Dominus*, cujus ſingulæ literæ Diem, voces Septimanam, & initiales Dominicarum nomina, Invocavit, Reminiſcere, Oculi &c. pulchrè indicant. Cujus etiam rei uſus tàm amplus eſt, ut & in vernaculam, pro lippis atque tonſoribus ſeſe diffuderit; quibus 31. modò elapſi Menſis Auguſti dies ſic memorantur: Pe-ters Ket-ten klin-get. A-fra mit Lau-rentz ſin-get. So Ma-ri-a fährt gen Him-mel / ſtil-let Bar-thel deß Wet-ters ge-düm-mel. Ubi ſingulæ ſyllabæ ſingulos dies repræſentant, & Petri catena in calendas, Afræ memoria in 7.^m^ Laurentii in 10.^m^ Mariæ aſcenſio in 15.^m^ Bartholomæi feſtivitas in 24.^m^ ejus menſis diem incidere nota-

tur. Ad hunc ergò modum Thalmudici quoque ſua סימנים *ſigna* paſſim in contextu diſponunt, quæ ſunt vice Summularum, ideoque potius in margine locari debuiſſent, v. g. cap. Chelek p. 106. fac. b. circ. fin. ſpectantur quatuor hęc verba ſolitariè poſita שלשה ראו וחצי קראו *tres viderunt & dimidius vocavit eum.* quæ ſi ab ignaro abſurdè intelligantur, non mirum eſt. quis enim Oedipus perſpicuum inde ſenſum eliceret? reſpiciunt autem ad quatuor diſtinctas materias, quæ ſtatim poſteà tractantur, quarum ſingulæ voces ſingula tantùm ſunt Argumenta vel indicia. שלשה innuit *tres* Angelos corruptionis qui Doëgo ſeſe aſſociârint, ראו notat eundem Doëgum & Achitophelum qui ſeſe mutuò coram non *viderint*, חצי indicat neutrum ipſorum vitam ſuam produxiſſe ad *Medietatem*, hoc eſt 33. ætatis annum, juxta illud Pſal. 55. v. 24. קראו docet quòd David Achitophelem ab initiò honorificè Præceptorem ſuum *appellarit*, mox ſocium, tandem verò planè diſcipulum, Pſal. eod. v. 14. 15. & 41. v. 10. Sic pag. 103. fac. a. infr. med. על־שדה בתים לא תבואנה *ſuper-campum domus non-venient.* על שדה reſpicit ad dictum Prov. 24. v. 30. 31. *juxta agrum* hominis PIGRI tranſivi, & juxta vineam hominis CARentis corde, & ecce aſcenderant per totum ipſum SPINæ, operuerunt ſuperficiem ejus URTICæ, & clauſura lapidum ejus DESTRUcta erat. quæ Allegoricè de regno Judæ ejuſque Regibus accipiunt, quorum Achas fuerit Piger, Manaſſe verò Stultus, Ammon autem & Jehojakim Spinas & Urticas plantârint; denique בית ipſa *Domus* ſacra in diebus Sedekiæ deſtructa fuerit. לא תבואנה digitum intendit in quatuor cœtus, qui ad Divinitatis fruitionem *non ſint perventuri*, ſcil. cœtus irriſorum, Hoſ. 7. 5. mendacium, Pſal. 101. 8. hypocritarum, Job. 13. 16. prava loquentium, Pſal. 5. 5. Verùm præcipuè in Maſorâ parvâ ejuſmodi Signaturæ ſunt frequentes, ut ſupr. p. 49. dixi, Exempla verò huc uſque diſtuli.

diſtuli. Gen. ſtatim 1. cap. v. 5. in angiportu qui eſt inter utrumque textum, notantur hæc 7. Chaldaica verba: צוח סמיא וכבר למיפק בלליא וקם בצפרא *clamavit cæcus & expectavit exire noctu, & ſurrexit manè.* Cui non fabulæ poſſet ænigmatodes hoc Symbolum occaſionem dare? ſed aliud claudit in interiori receſſu, quàm externo præ ſe fert vultu. nimirùm vocem לאור ſepties tantùm hâc formâ in Bibliis reperiri, ſcilicet Gen. 1. 5. Eſa. 42. 16. ibid. 59. 9. Mich. 7. 9. Job. 12. 22. ibid. 24. 14. Soph. 3. 5. quorum locorum id tantùm eſt Memoriale ſignum, artificioſè ab ipſis excogitatum. prout Clar. Dn. Buxtorfius lib. 2. ſuæ Tyberiadis cap. 13. ea ſigillatim explicat: quo nunc Lectorem remitto. Tale eſt & argutum illud Deut. 11. v. 17. in interiori margine notatum, אדון יושב ומשרתו עומד *Herus ſedet & miniſter ejus ſtat.* quod innuit vocem מהרה bis extare, ſemel ibi in Moſe qui *Dominus* erat, cum accentu Refia *inſidente*, alterâ vice in Joſuâ diſcipulo vel *miniſtro* ejus c. 23. v. 19. cum accentu Zakeph-minori quaſi *inſiſtente.* Quemadmodum autem Ciſiojanus noſter non verus eſt, imò nè veriſimilis quidem; & qui Petrum catenis ſuis tinnitum ediſſe, aut Laurentium ei acciniſſe crederet, ſtultus eſſet; neque exinde ſequitur, quòd Bartholomæum tempeſtates abigere poſſe ſtatuamus: Ità nec Judæorum dogmata ex hujuſmodi ſignis & ænigmatibus ſunt dijudicanda, ſed ante omnia laborandum ut rectè intelligantur, tum demum de ipſis cenſura ferenda. ¶. Accidit enim X. ſæpiſſimè, ut illis ex ignorantiâ linguæ & idiotiſmorum Affingamus, quæ nequaquam ſtatuunt, & ſarcaſticè interdum exprobremus, quæ ipſimet nunquam in illorum libris legimus, ſed fortè ex alicujus ſemidocti & phraſium non ſatis periti erroneâ opinione deſcripſimus. Tale eſt illud ult. Sanh. 95 b. circ. med רחב צואר סוסיו ארבעים פרסה *Latitudo colli equorum ejus (Sennacheribi) quadraginta Leucarum:* num

 puta-

putabimus veteres illos adeò amentes fuiſſe, ut unius Equi Jubam tàm monſtroſè latam crediderint? etſi recentiorum non nemo ſic intelligat! atqui צואר eſt collectivum, nec unum ſaltem *collum*, ſed plurima totius Equeſtris militiæ juxta ſe poſita notat, quæ ſtationibus ſuis tantum loci occuparint. Nam ibid. dicunt longitudinem Caſtrorum fuiſſe 400 leucarum (in quo quidem ſimiliter modum exceſſiſſe videntur) ſi tamen ita eſſet, vix potuiſſent Quinque tales equi per totam illam longitudinem diſponi, relicto ſaltem exiguo inter eos intervallo, pro neceſſariâ capitis inter edendum nutatione. vides itaque priſcos aliud voluiſſe. Pag. 96. fac. a. cir. fin. בלאדן מלכא הוה / ואישתני אפיה / והוה כי רכלבא · הוה יתיב בריה על מלכותא׃ *Baladan (cujus mentio fit 2. Reg. 20. v. 12 & Eſa. 39. verſ. 1.) Rex erat (proſapiâ) ſed mutaverat faciem ſuam, factus quaſi canis. Proinde ſedebat filius ejus (Berodach vel Merodach, pro ipſo) ad regni (clavum)* Nimis craſſi ſunt hic Judæi recentiores, qui eum plus-quàm-Ovidianâ Metamorphoſi in Canem mutatum eſſe opinantur: quod ille author lib. 13. fab. 4. de Hecubâ, Poëticâ fide refert. --- *Priameïa conjux Perdidit infelix hominis poſt omnia formam, Externaſq; novo latratu terruit auras.* Mihi videtur iſta phraſis de Caninâ quadam animi morumq́ue perverſitate & impudentiâ intelligenda eſſe, qualis olim erat Cynicorum à Canibus denominatorum. de quibus Diog. Laërtius per totum lib. 6. præſertim ſub fin. in vitâ Menedemi. *ἀρέσκει δ᾽ αὐτοῖς καὶ λιτῶς βιοῦν, αὐτάρκεσι χρωμένοις σιτίοις καὶ τρίβωσι μόνοις, πλούτου καὶ δόξης καὶ εὐγενείας καταφρονοῦσιν. ἔνιοι τε γοῦν καὶ βοτάναις καὶ παντάπασιν ὕδατι χρῶνται ψυχρῷ, σκέπαις τε ταῖς τυχούσαις καὶ πίθοις*, &c. Talis erat alter Diogenes, qui ſe (eodem atteſtante) Canem appellavit, ab aliis laudatum; ſed cum quo laudatorum nullus venatum exire audeat. item *μελιταῖον* cum eſuriret, *μολοττικὸν* verò cum eſſet ſatur. Hujuſmodi mores habuiſſe credo Baladanum, & propterea ad guber-

gubernacula ineptiorem extitiſſe, adeòque à ſuis remotum: ut convenirent rebus Nomina quoque ſuis. nam בלארן eſt quaſi בל ארן *non Dominus.* quis enim talem ferret Dominum, qui canum more non alios tantùm allatraret, ſed pro ſe quoq; ſordidè viliter & abjectè viveret? Quod loquendi modum attinet, eſt is frequens in Thalmud, & recurrit ſtatim in illo memorabili prognoſtico de ſtatu temporum circa Adventum Meſſiæ, pag. 97. fac. a. ant. Med. *** דור שבן דוד בא בו / בית הוועד יהיה לזנות / חכמת הסופרים תסרח / ויראי חטא ימאסו / ופני הדור כפני כלב / והאמת נעדרת: *generatione in quâ filius David adveniet, Domus teſtimonii (Templum) erit in Lupanar (converſum) & ſapientia Scribarũ fœtebit, & reformidantes peccatum ſpreti erunt (& abominabiles mundo, περικαθάρματα καὶ περιψήματα τοῦ κόσμου. 1. Cor. 4. v. 13.) & facies illius generationis ſicut facies* CANIS, *atque veritas deficiet.* quod omninò tempore noſtri Jeſu Nazareni in Phariſæis Pontificibus Scribis Senioribus adeòque totâ plebe Judaicâ abundanter impletum eſſe, tota Evangelica hiſtoria teſtatur. Sed num humanis vultibus exutis Caninos induerunt? id quidem Megaſthenes (referente Johan. Böemo ſub fin. cap. 8. lib. 2. Mor. gent.) de Cynocephalis quibuſdam Indiæ populis, montana incolentibus ſcripſit, qui non humanas voces, ſed diros latratus ex aſperis ſuis rictibus ediderint: at ſuæ tantùm ætatis hominibus id perſuaſit, hodie navigationibus aliud compertũ eſt. Relinquitur ergò eſſe hoc peculiare ſchema ſermonis, & ſignificare Impudentiam. quemadmodum Atra facies vice versâ pudorem & verecundiam. ut in iſto, ibid. p. 107. fac. b. ant. med. באותה שעה נהפכו פני שונאי דוד כשולי קדירה / וידעו כל ישראל שמחל לו הקב"ה על אותו העון: *in illâ horâ (qua orabat David Pſalmum 132. & illud 2. Par. 6. v. 42.) converſæ fuerant facies inimicorum Davidis (in nigrorem) inſtar fundorum ollæ (aſſiduo fumo aduſtæ. h.e. confundebantur & pudefiebant, prout Pſal. 6. v. 11. & ſæpè aliàs*

optârat)

optàrat) *cognoverunt*q́*, univerſi Iſraëlitæ, quòd remiſiſſet ei Deus Opt. Max. illud peccatum* (*adulterii*) quod mihi omninò ex illo Joël. 2. v.6. mutuati eſſe videntur, מפניו יחילו עמים כל פנים קבצו פארור *à conſpectu ejus dolebunt populi, omnes vultus contrahent nigrorem*. ibi enim Chaldæus habet אפיוא אתחפיאו אכרום אוכמין כקדירא׃ *facies operientur fuligine, atri* (*exiſtent*) *ſicut lebes*. & inde quoque Græci πᾶν πρόσωπον ὡς πρόσκαυμα χύτρας. quos Hieronymus, ut ferè ſemper, ex parte ſecutus reddit: redigentur in ollam. Et hæc hactenus de denis illis errandi occaſionibus, prout mihi pro tempore viſum erat, dicta ſunto: qui meliora novit, conferat & ſua liberaliter in medium. nec mea iſthæc eò rapiat, ac ſi propterea omnes illorum Nugas excuſare velim. nauſeo certè ad illas, ut quis alius. præſertim quas in ſuis libris מעשים plerunque incertis authoribus recenſent, & ex recentiorum Rabinorum atque Urbium frequenti mentione prorſus novitias fictitias & ſuppoſititias eſſe colligo.

3. Conſequens jam eſt, ut de promiſſis quinque Modis Commentandi agam. Sequar autem hîc Aben-Ezram, qui in Rhythmicâ præfat. ſuâ ſuper Pentateuch. hos 5. modos fuſius pertractat. ¶ I. dicit quoſdam admodùm prolixos eſſe in ſuis commentariis, & terras cœlo miſcere, quorum Battologiæ ſibi non placeant, ſiquidem ſe ad Textus nuditatem habeant, ut circumferentiæ ambitus ad centri puncturam. נאם אברהם הספרדי הנזכר. מפרשי התורה הולכים על חמשה דרכים · הדרך האחת ארוכה ורחבה · ומנפשות אנשי דורנו נשגבה ואם האמת כנקודה בתוך העגולה ׳ ואת הדרך כקו הרחב הוא החוט הסובב בתחלה׃ *Sic inquit Abraham Hiſpanus prememoratus. Interpretes legis incedunt Quintuplici via* (*vel Methodo*) 1. *Via prima longa eſt & lata, & ab animis virorum noſtræ generationis exaltata* (*hodie magni habita*) *& ſi veritas eſt ſicut punctum in medio circuli, iſta via ſicut linea latitudinis, hoc eſt, filum ambiens in gyro*. Et nè quen-

quenquam præter culpam accuſaſſe videatur, ſubjungit Exempla illorum, qui ejuſmodi monſtroſis digreſſionibus delectentur: dicens Arabes præcipuè his ampullis & ſeſquipedalibus comentariis gaudere. / ובה דרכו גדולים והמה חכמי הישיבות במלכות ישמעאלים· *in eâ ambulaverunt Magni (alioquin viri,) qui ſunt ſapientes Academiarum in regno Iſmaëlitico (Turcico.)* Mox tres in individuo nominat, quorum primus ſuper partem aliquam capitis Geneſeos, duo ſpiſſa ſcripſit volumina: & occaſione lucis, totam Opticen; occaſione plantarum totum Herbarium; occaſione animalium totam Phyſicam, prodigioſâ *μεταβάσει εἰς ἄλλο γένος* inibi pertractavit. ברב יצחק שחבר שני ספרים / מבראשית עד ויכולו / ועוד לא כלה מרוב דברים· ובפסוק יהי אור ' אמונה בעלי האור ' והחשך הזכיר · והוא הולך בחשך ולא מכיר · ובפי' תוצא הארץ מלבו הוציא מלים / וידבר על העצים והצמחים קטנים וגדולים · ובפי' נפשות החיות ' הביא חכמות נכריות· *ut Raf Iizchak, qui compoſuit duos libros à Bereſchit, uſque ad Vajekúllu Gen. 2. verſ. 1. nec tamen abſolvit præ multitudine verborum. Et in verſu (3. cap. 1.) fiat lux, Artificii magiſtrorum lucis & tenebrarum recordatur; ipſe (interim) ambulans in tenebris, neque agnoſcens. Et in explicatione (v. 12.) producat terra, è corde ſuo produxit (ſuperflua) verba, locutus de Arboribus & plantis tùm parvis tùm magnis. & in expoſitione (verſ. 24.) animarum viventium, adduxit ſcientias (planè) Exoticas.* Alter occaſione aſtrorum totam Matheſin impertinentur immiſcuit: ובמסלה הזאת עלה ' רב סעדיה גאון הגולה · ובפירוש יהי מאורות הכניס דעות אחרות ' לדעת המדות הנזכרות ' על פי חכמי הספירות: *& in viâ-ſtratâ iſthâc aſcendit Raf Saadiah Gaon. hoc eſt, Excellens Exilii (præſtantiſſimus illorum quos in exilio noſtro habuimus; quem infrà ſæpè citat) & interpretando illud (verſ. 14.) ſit luminaria, introduxit Artes alienas, ad ſciendum menſuras (aſtrorum in textu) memoratorum, juxta ſapientes Numerorum (hoc eſt, Arithmeticos.)* Tertius occaſione profectionis alicujus totum Itinerarium; occaſio-

occaſione ſomnii totam *ὀνειρολογίαν* & modos interpretandi docuit. גם רב שמואל בן חפני אסף רוח בחפניו / בפר׳ ויצא יעקב ברוב ענייניו׳ כי הזכיר כל נביא בשמו׳ וכמה פעמים גלה ממקומו / וכמה תועלת יש בהליכת הדרך / ואין תועלת לפירוש הזה כי אם אורך · ועם ויחלום כתב פתרון החלומות׳ ולמה יראו בתנומות: *Item Raf Schemuel filius Chophni collegit ventum in pugnis ſuis (hebr.* בחפניו *pulchrè alludit ad nomen* חפני *Chophni, locutio autem æquipollet Græco proverbio ἄνεμον δικτύῳ θηρᾷν, reti ventos captare, pro quâ & latinè in aëre piſcari dicimus. deſumpta ex proverb. 30. verſ. 4. ſed alio ſenſu) ſuper illud (Geneſ. 28. verſ. 10.) & exivit Jacob (habet) multitudinem occupationum, quoniam recordatur unius cujuſque Prophetæ nomine ſuo, item quot vicibus migrârit de loco ſuo, quot utilitates ſint in profectione itineraria; ſed nulla eſt utilitas hujus explicationis niſi prolixitas. Item apud (hæc verba Gen. 28. verſ. 12.) & ſomniavit: ſcribit explicationem ſomniorum, atque (rationes affert) cur appareant in dormitione.* Quibus è Chriſtianis addo Quartum Thom. Haſelbachium Theol. quondam in Archid. Academ. Viennenſi Profeſſorem: qui (referente Cl. Dn. Th. Lanſio in diſc. de Acad. p. 11. ex Æn. Sylvio & Cuſp.) viginti duos annos in explicat. 1. cap. Eſaiæ inſumpſit, nec tamen ad finem perduxit. quo tempore Elephas plus ſepties interim peperiſſet. Confuſam hanc loquacitatem, ut ineptam & Oſtẽtatorum propriam, Aben-Ezra meritò averſatur: coërcens ſingulas Artes & Scientias ſuis limitibus, curioſumq́ue lectorem ad eas ceu proprias illarum Scholas ablegans. והרוצה לעמור על חכמות חיצונות / ילמדם מספרי אנשי תבונות / אז יתבונן בראיותם אם הן נכונות · כי הגאונים בלי ראיות בספריהם הביאום / ויש מהם שלא ידעו דרך חכמי קדם ומאין הוציאום: *at qui vult inſiſtere ſcientiis exterioribus (Philoſophicis extra Theologiam) diſcat eas è libris virorum peritorum (fundamentaliter è genuinis ſedibus) tunc intelliget è demonſtrationibus illorum num ſint firmæ? Nam Gaones illi (excellentes*

tes

tes, & omnium ſexaginta librorum Talmudicorum gnari: ut Tbiſchbi vocem גאון *per Gematriam exponit) abſque rationibus in libris ſuis eas citarunt. Et ſunt inter illos, qui ipſimet ignorant viam Sophorum antiquorum, vel unde illi (ſingula) iſta deduxerint.* ¶. I I. Secundus modus priori eſt oppoſitus, illorum qui ſolo textu freti, planè nullam admittunt expoſitionē; ut olim Sadducæi, quo nomine nos quoq; Chriſtianos habet ſuſpectos. הדרך הב׳ בחרוה פתלתולים ואם הם ישראלים אשו חשבו כי עמדו על הנקודה בעצמם והם לא ידעו את מקומם ׳ וזאת דרך הצדוקים: וכו׳ *viam ſecundam elegerunt pravi (aſtuti, perverſi,) etjamſi ſint ex ipſis Iſraëlitis, qui cogitarunt quòd ſtent ſuper puncta per ſe ipſos, & illi non noverunt locum ſuum. atq; hæc eſt via Sadducæorum, &c.* Hoc inconſtantiæ ſimul & inſcitiæ damnat, quòd ſępè turpiter ſe dent, ſententias ſuas quotidie mutādo, & indies in pejus proficiendo. וכל מין אשר נדברי מעתיקי הדת לא יאמין ׳ והוא נוטה להשמיל או להימין ׳ וכל איש כרצונו יפרש הפסוקים גם במצות ובחקים והם מדעת תוצאות לשון הקדש ריקים ׳ על כן יתעו גם בדקדוקים · ואיך יסמכו במצות על דעתם ׳ וכל רגע יהפכו מצד אל צד כפי מחשבתם ׳ בעבור שלא תמצא בתורה ׳ מצות אחת בכל צרכיה מבוארה *(talis eſt) omnis hæreticus quicunque verbis interpretum legis non credit, ſed declinat ad ſiniſtram aut dextram, & unusquiſq; juxta libidinem ſuam explicat verſus, etiam in præceptis atque ſtatutis. Hi tales à peritiâ modorum linguæ ſanctæ vacui ſunt, propterea errant in ipſis quoq; Grammaticis. Et quomodo (quæſo) fulciantur in præceptis ſuper ſcientiam ſuam, cum omni momento convertantur de latere in latus ſecundum cogitationes ſuas? (fit autem) ideo quòd non reperitur in lege præceptum unicum pro omni neceſſitate ſuâ explicatum.* Sed injuriam nobis quidem Chriſtianis facit, qui nec omnes prorſus expoſitiones recuſamus, neque hodie abolemus eam quæ placuerat heri. Tùm verò impium eſt & illud, quod nul-

T lam

Iam legem omnibus ſuis numeris abſolutam eſſe, proinde humano complemento opus habere dixit. Quomodo conciliabit hoc effatum ſuum cum iſto Davidico Pſal. 19. verſ. 8. 9. 10. lex Domini תמימה *perfecta & integra* &c. Et cum altero prophetico Eſai. 29. 13. quo non vult DEUS mandatum hominum מלומדה *edoctum*, hoc eſt per גברין מלפין *viros docentes* ut Thargum habet, modò elicitum. Quamvis autem aſſertionem ſuam ibi Aſtronomicis probare nitatur exemplis, quòd v. g. præceptum de Noviluniorum feriis, ex ſolo Moſe diſci nequeat, ſed Mathematicæ deciſionis indigeat; non tamen plus inde ſequitur, quàm quòd humanæ artes divinarum literarum expoſitioni ſervire & ut ancilla dominæ, ſic Philoſophia Theologiæ miniſtrare poſſit ac debeat, (quod & nos ultrò largimur) nec verò Imperare: hoc eſt, admonere quando futuræ ſint Calendæ, non verò præſcribere quonam divino cultu ſint celebrandæ. Secundum illud Deut. 4. 2. *non addatis ſuper verbum quod ego præcepi vobis, neque minuatis exinde.* Porrò nec illud quicquam probat, quod in commendationem Traditionum ἀγράφων ſub finem adducit, atque Hiskiæ facto ſtabilire conatur. וזה לנו
לאות שסמך משה על תורה שבעל פה׳ שהיא שמחה ללב ולעצם
מרפא · כי אין הפרש בין שתי התורות ומידי אבותינו שתיהן לנו
מסורות ופסח חזקיהו יחזיק ידי אמונה כי נעשה על ידי בעלי עצה
וזקנה ולא הקריב הפסח במועדו׳ ולאכול חמץ בחדש הראשון
שלח ידו׳ ופסח שני בראשון שבעת ימים עשה׳ ויש ראיות רבות
שקבל מעשיו רבים ונשא׳ כי בית דין היה׳ ואין ברוח ורמיה: *hoc nobis eſt ſignũ quòd nixus fuerit Moſes lege orali, quæ eſt lætitia cordi & oſſi ſanitas (phraſ. Prov. 16. 24.) neq; eſt differẽtia inter ambas leges, atq; è manibus patrũ noſtrorum utramq; nos accepimus. Sed Paſcha Hiskiæ confirmabit (Hebr.* יחזיק *alludit ad nomen Regis* חזקיהו*) manus fidei; quod inſtitutum erat per Conſiliarios & ſenes, neque obtulerat Paſcha (primum debitâ) feſtivitate ſuâ, ſed ad comedendum fermentum menſe primo miſerat manum ſuam,*

& de-

& (demum) paſcha ſecundum in primo (menſe) hebdomade dierum celebravit. At ſunt rationes plurimæ quòd ſuſceperit (clementer) opera ipſius, altus ille princeps (Deus) quia (membrum) domus judicii (hoc eſt, Eccleſiaſtici Senatus) erat, nec in ſpiritu ejus dolus. Nullâ hic novâ orali lege, ut ſomniant, ſed veteris & ſcriptę dextrâ tantùm Applicatione opus erat. Extabat enim jam ante Num. 9. ver. 10. 11. expreſſa lex de immundis aut peregrè abſentibus, quòd ſi ob pollutionē, vel neceſſarium iter Paſchati debito tempore, hoc eſt, menſe primo intereſſe nequirent, id differrent in ſecundum, ejuſque 14. die peculiare ſibi feſtum celebrarent. Jam argumento מגזרה שוה *à pari* de ſimilibus idem eſt judicium. Quoniam ergò 2. Par. 30. verſ. 2. 3. primus anni menſis expurgatione templi & ſanctificatione ſacerdotū inſumptus erat, ideò ſolennem Paſchatis feſtivitatem rectè in ſecundum uſque menſem, de communi Regis & ſeniorum conſilio rejecerunt. ¶ III. Tertius Modus eſt illorum, qui omnia in Allegorias transformant, literali ſenſu tanquam craſſo prorſus deſerto. Iſtorum commentandi rationem Ab: Ezra meritò averſatur, utpote nimis ſublimem, & ipsâ ſubtilitate ſuâ deliram, quæ nil certi probet, ſed potius fluctuantem lectoris animum, in periculoſiores dubitationum Syrtes devehat. הדרך הג' דרך חשך ואפלה' והיא מחוץ לקו העגולה: והם הבודאים מלבם לכל הדברים סודות ואמונתם כי התורות והמשפטים חידות· ולא אאריך להשיב עליהם' כי עם תועי לבב הם· כי הדברים על צדק לא חלקו' בלתי בדבר אחר צדקו· אשר כל דבר מצוה קטנה או הגדולה' בכף מאזני הלב תהיה שקולה: *III. via eſt tenebrarū & caliginis, & illa (oberrat prorſus) extra lineā orbitæ. Tales ſunt qui cominiſcuntur è corde ſuo rebus omnibus Myſteria: eorum fides (opinio potius) eſt, quòd leges & judicia, mera ſint Ænigmata. Non autem prolixus ero reſpondendo ipſis; quoniam populus errantes corde ſunt (Pſal. 95, verſ.* 10. *Ariſtoteles diceret, laborare* ἀῤῥυ-

διὰ τῆς διανοίας & κολάσει potius quàm Diſputatione corrigendos) *quia verba juſtè non partiuntur. Sed tamen in hac unâ re juſtificantur; quòd omne verbum, ſive præceptum parvum ſit ſive magnum, in bilance cordis ſit ponderandum.* Non quidem negat ſuum etiam Allegoriis interdum eſſe locum, ſed tantùm ubi literalis expoſitio deficiat, & abſurditates gignat ipſisque ſenſibus adverſetur. Ideò ſuadet ut textum accuratè trutinem⁹, & judicium adhibeamus, quod ſit quaſi Nuncius vel interpres divinæ voluntatis, atque homini propterea dono datum. אם הדעת לא תסבול הדבר׳ או ישחית אשר בהרגשות יתבר׳ אז יבקש לו סוד׳ כי שקול הדעת הוא היסוד· כי לא נתנה התורה לאשר אין דעת לו׳ והמלאך בין אדם ובין אלהיו הוא שכלו· *Si ſcientia non fert rem, (non ſuſtinet literalem ſenſum) aut corrumpit (ſeu deſtruit) id quod per ſenſus clarum eſt, tum demum quærat ſibi Myſterium: quia ponderatio ſententiæ eſt fundamentum. Neq; enim data eſt lex ei cui non ineſt ſcientia. Et legatus inter hominem atq; inter Deum ſuum, ille eſt Ingenium ejus.* Extra hunc caſum ἀπὸ τοῦ ῥητοῦ non temerè diſcedendum, nec luci tenebras ultrò & petulanter offundendas eſſe monet, ſed ſcopum ante omnia conſiderandum, deinceps ad uſus noſtros applicandum. וכל דבר שהדעת לא תכחישנו כפשוטו ומשוטו נפרשנו׳ ונעמידנו על מכונתו ׳ ונאמין כי ככה אמתו ׳ ולא נגשש קיר כעורים ׳ ולפי צרכנו נם שוך הדברים׳ ולמה נהפוך הנראין לנסתרים: *at omnem rem quam ſcientia non redarguit, juxta literalem & grammaticum ſenſum ejus interpretemur, ac ſtatuamus eum ſuper ſcopum ſuum, & credamus quòd ſic (ſe habeat) veritas ejus. Ita non palpabimus parietem ut cæci [Eſai. 59. verſ. 10.] aut juxta exigentiam noſtram trahemus verba. Quare enim verteremus aperta in abſcondita?* Sed quod poſtremò de Metaphoricis locutionibus, in Bibliis non minus quàm omni linguâ frequētibus addit, eſſe eas ambiguè utroque modo, ſcilicet literali ſimul & figurato intelligendas, id nec præcedentibus

ſuis

ſuis benè ſatis congruit, nec nos ita ſimpliciter admittimus; cum inde craſſiſſimas Talmudicorum fabulas olim enatas fuiſſe conſter, ut ſupra pag. 116. & ſeq. nonnihil jam detexi, ואם יש מקומות שהם באמת נחברים ׳ ושניהם נאמנים ברורים מהם בגופות ומהם מחשבות׳ כמלת בשר וערלת לבבות׳ ובעץ הדעת סוד ינעם׳ גם הדברים אמת כמשמעם ׃ ואם יש איש לא יכילו זה רעיוניו׳ אם הוא חכם יפקח את עיניו׳ כי ימצא בתולדות רבים נוצרים ׳ כנחיריים והלשון והרגליים לשני דברים׃ *Et ſi occurrunt loca, quæ in veritate cōpoſita (ambigua ſunt) tūc ambo illi (ſenſus) credibiles ſunt perſpicuè, partim in corporalib⁹, partim in cogitationib⁹ (ſpiritualib⁹) ſicut vox carnis & præputii cordis, item in ligno ſcientiæ arcanum pulchrum deliteſcit. Etenim hæc verba vera ſunt etiam juxta literalem ſenſum ſuum. At ſi quis eſt, cujus id non continet (vel aſſequitur) ratio, ſi ille ſapiens (vult eſſe) aperiat oculos ſuos. Reperiet enim in argumentationibus Magiſtrorum Chriſtianorum (talia) v. g. nares, linguam, pedes, in duobus negotiis (ſignificationibus.)* ¶ IV. Modus eſt eorum, qui Cabaliſtica tantùm Myſteria venantur, hoc eſt, è literulis textus in numeros reſolutis, vel aliter diſpoſitis & collectis, arcanos ſenſus eliciunt, juxta quatuor ſpecies Kabalæ; Gematriam, Notarikon, Themurah & Zuriith, quas ſupra pag. 62. & deinceps recenſui. Et ſi quid hoc pacto eruerunt, id porrò ampliori commentatione explicant: unde naſcuntur tot Medraſchim & Aggaddoth, id eſt, paradoxæ & ſæpenumero ſtultæ expoſitiones, dixerim potius depravationes, & voluntariæ obſcurationes clariſſimi cujuſque textus. Quo in genere commentandi Europæos potiſſimum Judæos luxuriari ait: הדרך הד׳ קרובה אל הנקודות׳ ורדפו אחריה אגדות׳ וזאת דרך החכמים בארצות יונים וארומים ׳ שלא יביטו אלא משקל מאונים׳ רק וסמכו על דרך דרש בלקח טוב ואור עינים׃ *via quarta vicina eſt punctis (circa apices & res minutulas occupatur) conſequuntur inde Agaddoth. Atq; iſta eſt conſuetudo ſapientum (diſper-*

ſorum)

ſſorum) *in terris Græcorum & Edomæorum* (*Romanos intelligit & in genere omnes Chriſtianos, quos per convicium ſic denominant*) *qui non attendunt ad pondus bilancis, ſed nituntur methodo Draſch* (*gaudent ejuſmodi vagis expoſitionibus, alioquin non ſemper malis, ſed tam longè petitis, & ad propoſitum impertinenter attractis*) *doctrinâ bonâ & luce oculorum.* Jam porrò interponit Judicium ſuum de hiſce Cabaliſticis explicationibus, demum affert aliquot illarum Exempla. Cognoſcamus nos illa pri⁹, ut deinde rectius de cæteris judicemus. Sunt autem omnia, nè longius accerſeret, è Pentateuchi exordio tantùm, primoq́ue verſu deſumpta; è quorum multitudine lector hujus rei miram fœcunditatem æſtimabit. Primò ſubtiliter inquirunt, cur Moſes legem à Beth potius, quàm ab Aleph Alphabethi literâ primâ inceperit? & reſpondent ex numerali ejus valore, quo binariũ notat, ambiguè, quòd nempè vel duos mundos ſignificet, vel creaturarum duplicitatem phyſicam. memini tamen etiam alias rationes alicubi legiſſe, quarũ unam quoque ſup. pag. 78. tetigi; à quibus nunc lubens abſtineo. למה בית בתחלה להורות כי יי׳ אחד והנבראים שנים שהם עצם וצורה או שני עולמות: *quare Beth initio? ad indicandum, quòd* DEUS *unus* (*& ſimplex ſit*) *creaturæ verò alteræ* (*ſeu duplices ſcilicet*) *ex Materiâ & Formâ* (*conſtantes*) *aut innuit utrumq; Mundum,* (*elementarem nempe & cœleſtem, vel præſentem & futurum*) Secundò exſculpunt ex voce Bereſchit aliquod memoriale Chronologicum, quamdiu ſcilicet primum Templum ſtare debuerit. Initiale Beth ב (quod ab antiquo, contra morem linguæ, procul dubio myſterii cauſsâ, Majuſculè ſemper ſcriptum fuit) in ſua elementa בית reſolutum, ſignificat Domum, & ſequentes literæ ר א ש Caput ſeu initium, ut ſit domus initii, idem quod Templum prius: hiſce adhærent reſiduę numerales literę ית quæ 410. valent. totidem annis ajunt illud ædificium duraſ-

duraſſe למה בית" ואחריו ריש" אלף" שין" ואחכ" יוד" ותיו" רמז
שהבית הראשון יעמוד ארבע מאות וי" שנים כי הוא קודם השמים
והארץ *quare (in voce Bereſchith) eſt Beth (grandiuſculum) poſtea Reſch, Aleph, Schin, & deniq; Jod, Thav? ut innuant domum priorem ſubſtituram quadringentis & decem annis, quod ita (decretum) eſt ante cœli terraq; (fabricam.)* Si ipſi voci Propheticam vim ineſſe, vel Authorem Moſen id dum ſcriberet innuiſſe volunt, nos vehementer dubitamus: ſin autem pro ſigno tantùm Mnemonico habent, (qualia etiam ſup. pag. 135. recenſui) & pueris in ſubſidium memoriæ confinxerunt, admittimus. Tertiò eliciunt ex hoc legis exordio ſeriem fatorum Eccleſiæ, quomodo nimirum deſtruenda fuerit prædicta domus, cui ruinæ immanes tenebræ forent ſucceſſuræ, quas tamen Spiritus propheticus ſubinde & totaliter ſit diſpulſurus; donec tandem in diebus Meſſiæ omnimoda lux ingruat, à quâ DEUS in noviſſimo tempore tenebras totaliter ſit ſeparaturus. Omnia eodem prorſus ordine, quo Moſes dicit terram fuiſſe inanem, & tenebras ſuper abyſſum, incubaſſe tamen Spiritû DEI aquis, mox creaſſe lucem bonam, eamque à tenebris diſtinxiſſe. אחר כך יושם הבית וזה הוא
והארץ היתה תהו ובהו' וחשך שבא חשך לעולם כאשר נכתלקה
השכינה' ורוח אלהים שנחה רוח החכמה והבינה על מפרשי התורה
הנמשלת למים · ובסוף יהי אור על ימות המשיח' אז יבדיל יי' בין
חמקוה לישועתו ובין אשר במחשך מעשיהם: *poſtea devaſtabitur domus. hoc ipſum eſt quod dicitur, terra inanis & vacua. Et tenebra qua venerunt, obſcurarunt mundum, poſtquam receſſit Numinis præſentia. Sed Spiritus Dei qui requievit, eſt ille ſpiritus ſapientiæ & intellectus qui fuit (incubavit) ſuper interpretes Legis, quæ aſſimilatur aquis. Quod tandem ait, fiat Lux; attinet dies Meſſiæ. tunc diſtinguet Deus inter collectionem ſalvandorum ſuorum, & inter eos qui (perſeverant) in caligine (malorum) operum ſuorum.* Hoc tu Aben-Ezra, cum miſeris popularibus tuis, adhuc futurum expectatis: nos autem

Chriſtia-

Chriſtiani, per DEI gratiam, ſcimus jam olim impletum eſſe, adeoque dudum comparuiſſe JESUM Mariæ filium, *τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον.* Joh. 1. verſ. 9. ſi ſequeremini hunc, non ambularetis in hiſce tenebris veſtris diuturnus & pluſquàm cimmeriis. Joh. 8. verſ. 12. Quartò dividunt vocem Bereſchit bifariam, per priorem modum Themurah, ut fiat ברא שית quod alii explicant, *creavit fundamētum* vel ornamentum, à Rad. שות ut ſupr. pag. 71. retuli: Aben-Ezra verò ex Chaldaiſmo (ubi ש in ת ſæpè tranſit) interpretatur Geometricè, *creavit ſex* ſcilicet extremitates corporum. Quia enim quodlibet corpus ternis conſtat dimenſionibus, longitudine latitudine & profunditate, quarum ſingulæ duabus includuntur metis, perſpicuum eſt, non cubos tantùm, ſed & unum quodque corpus hiſce ſex comprehendi terminis, ſurſum, deorſum, ante, poſt, dextrum, ſiniſtrum: ut hanc notiſſimam rem tàm ſpinoſis argutiis probare nil opus fuiſſet. בראשית שתי מלות ׳שית כמו אמין שית׳ שהם שש הקצוות הנמצאות לכל גוף׃ *Bere-ſchit junto nunc duæ dictiones, & Schit accipiatur ut eſt in illo (Daniel. cap. 3. verſ. 1.) ulnæ ſex. ſic notabit ſex extremitates, quæ reperiuntur in omni corpore.* Quintò reſecant ſeptem capitales literas בבאאהוה à totidem dictionibus primi verſus, per Raſche-tetot ſeu priorem modum Notarikon, ſup. pag. 66. traditum, & quia ſingulæ numerales ſunt, colligunt eas in unam ſummam, 2. 2. 1. 1. 5. 6. 5. conficiunt XXII, quot literæ ſunt in Alphabetho hebraico. Ecce puerilem ſubtilitatem! חשבון ראשי מלות פסוק בראשית כנגד כל האותיות׃ *computus initialium literarum in verſu Bereſchit, reſpondet integro Alphabetho.* Sextò putant iſti ſuperſtitioſi curioſique homines, ipſum numerum Septenarium, totidem vocum in hoc verſu, non fortuitum eſſe, nec carere myſterio, ſed VII. Planetas in cœlo notare. המלות שבע כשבעה ככבי לכת׃ *dictiones*

7. perinde

7. *perinde ut ſeptem ſunt ſtellæ erraticæ.* quid ſi ego eadem facilitate ſeptem Artes liberales; aut Pontificius aliquis ſua ſeptem Sacramenta, inde probemus? Septimò, numerant literulas ejuſdem primi verſus, & quia quater ſeptē, hoc eſt, viginti octo reperiunt, arbitrantur Moſen hunc numerum ſingulari ſtudio affectaſſe, & voluiſſe Calendarii rationem docere, in quo XXVIII. lunationes Menſem conſtituunt. Unde & Eccleſiaſtes, omnia Tempus ſuum habere, non temerè docuerit per totidem exemplorum inductionem. והאותיות שמנה ועשרים כנגד מחנות הלבנה׳ וכן מספר העתים בקהלת: *literæ inſunt 28. reſpectu tot caſtrametationum Lunæ. Talis etiam eſt numerus Temporum in Kobéleth. Eccleſ. 3. verſ. 1. & ſeqq.* Scio quoſdam Judæos ea ſingulis diebus menſium accomodare; contrariorum prius quidem, diebus à Novilunio, poſterius verò lege oppoſitionis, à plenilunio numeratis: quaſi omninò ſapientiſſimus naturæ ſcrutator Salomon, id myſterium huic doctrinæ incluſum voluerit. Perinde ut quidam Aſtrologaſtri inter nos, Calendariis ſuis appendunt, in quonam ſigno Zodiaci luna faveat nupturientibus, aut novas veſtes induturis. Si Judæis tàm prodigioſè argutari libet, miror quòd non etiam extremis vocibus reſectis, ex quinque intermediorum XVIII. literis, authoritatem quærunt ſuæ precationi *Schemone eſre,* quam ſanctiſſimam habent, & quotidie ter deblaterant, atq; à numero Benedictionum שמנה עשרה *hoc eſt, octodecim* denominant, quamvis debitè ſupputando, veriùs ſint novēdecim. vide Siddur-tphillos, mihi pag. 18. & ſequentib. Octavò, nè quid inexpertum relinquant, combinant primam Geneſeos literam Beth, cum ultimâ ejuſdem Mem, unde conflatur vocula בם. quę in numeris valet 42. quot literis arcanum Dei nomen conſtare proditum eſt. תחלת הספר בית" וסופו" מם' כנגד השם המפורש היוצא מפי כהן גדול ביום הכפורים: *incipit liber à* ב *&*

deſinit in ם, *reſpectu Schem-bamphoraſch (de quo ſupr. p.* 88.) *qui egreditur ex ore Pontificis in feſto propitiationis.* Audivi aliquando Judæum etiam aliter, & in commendationem libri Geneſeos detorquere, quòd omnia ſint בם *in eis* ſcil. capitibus. Nolo memorare quæ ex clauſulâ Deuteronomii addit: nam hæc talia ſunt infinita, & ut ipſe fatetur, סוף דבר אין לדרש סוף *finis rei eſt non quærere (aut ſperare) finem.* Vides benevole lector ex allatis exemplis, quomodo quidlibet è quolibet efficiant: & ut olim aliquis de Philoſophiâ morali dixit, quod in eâ velut uno prato bos herbam, leporem canis, ciconia lacertam inveniat, & virgo legat florem; ita ego idem de hoc Moſis exordio, fortaſſis non ineptè uſurpavero, quod in eo (ex ſententiâ quidem Cabaliſtarum) Phyſicus ſua rerum naturalium principia, Chronologus templi prioris durationem & excidium, Theologus ſtatum Eccleſiæ ante & ſub Meſſiâ, Geometra dimenſiones corporum, Grammaticus literas, Aſtronomus Planetarum ordines, Aſtrologus electiones actionum humanarum ex ſitu lunæ, ſumma quilibet ſomniator ſua deliria reperiat, ſi in re ſeriâ ſic ludere concedatur. Sed videamus nunc porrò, quid Rab. Abraham Aben-Ezra, de tali modo commentandi ſentiat. Is quia Judæus eſt, apud quos Cabaliſticæ traditiones fiunt maximi, adeoque ipſi ſcriptæ legi æquiparantur, non audet hoc ſtudium ſimpliciter culpare, nedum prorſus improbare, ſed ei tantùm limites ponit, intra quos ſe continere debeant ejus ſectatores. Cabalam (quod ejus etymologia monet) ACCIPERE oportet à veteribus, non verò novâ modò comminiſci. Proinde jubet contentos eſſe traditionibus priſcorum, non ſpeculationibus novitiis indulgere · אחר שימצאו המדרשים בספרי הקדמונים למה ייגעונו לכתבם שנית אלה האחרונים : *poſtquam invenerunt Midraſchim in libris antiquorum, quare (poſthabitâ veteri Cabalâ) fatigabunt nos.*

nos ſcribendo ſecundam, hi recentiores? quod notandum eſt contra Judæaſtros, in hujus rei abuſu tantoperè ineptientes. Præterea exemplis docet, quòd in Cabalâ multa ſint ſpecietenus abſurda & invicem pugnantia, quæ dextrè interpretari non ſit cujuſvis, qui in hæc myſteria illotis, quod ajunt manibus irruat. Satius igitur putat à talibus abſtinere, quàm è malè intellectis errandi occaſionem ſortiri. v. g. quod lex mille annis ipſam mundi creationem anteceſſiſſe dicatur, id longè alium habere ſenſum, quàm vulgo exiſtiment. ויש דרש הפך דרש׳ ויש לו סוד ואיננו מפורש כדרש שהתורה קדמה אלפים שנה קודם העולם׳ וזה אמת רק על סוד דרך הנעלם ורבים לא יבינוהו כן׳ ולהיות כמשמעו לא יתכן׳ בעבור כי השנה מימים במספר היא מחוברת׳ ומדת הרגע והיום בתנועת הגלגל נספרת׳ ואם אין גלגל אין יום אף כי יומים׳ או שנה או מספר אלפים: *ſæpè una Draſch (ſeu talis commentatio apparet) alteri contraria: dum in ſe continet arcanum aliquod inexplicabile. Velut illa, quòd lex anteverterit mille annis hunc mundum: quod verum quidem eſt, ſed myſticè, modoq́ abſcondito, quem pleriq́ non intelligunt. Nam ut ad literam explicetur, id quidem non congruit: quoniam annus è dierum numero (vel coacervatione) componitur, & menſura momenti vel diei per modum circuli (cæleſtis) numeratur. Niſi enim eſſet Sphæra, non exiſteret dies, multò minus biduum, nedum annus unus numero aut mille.* Sic etiam quòd aliqui exiſtimant Moſen non uſum ſcribendi libertate, ſed certo quodam conſilio, libros ſuos à Beth potius quàm aliâ literâ incepiſſe, nimirum ut hoc frontiſpicio ſtatim doceret, hunc mundum eſſe Benedictum, & qui eum incolunt Beatos, id Aben-Ezra nihili facit & habet pro frivolo, demonſtrãs variis ſcripturæ teſtimoniis, quòd etiam Maledictionem minetur DEUS paſſim terræ, & ejus inhabitatoribus. כדרש שהעולם נברא בבית״ בעבור ברכה׳ ואם הדבר ככה׳ הנה בוקק הארץ ובולקה׳ ואשיתהו בתה׳ ובטלו הטוחנות בל ידעום׳

ירעום׳ משחת בלי׳ בלו שמלותיכם׳ בלע יי׳ בלל יי׳ ובתקוך׳ זבראו אתהן׳ טן בתריו׳ בזיון וקצף׳ ילדו לבהלה׳ בלהות אתנך׃
v. g. Draſch, quòd Mundus creatus ſit per Beth propter Benedictionem, ſi res ita eſt, ecce (quare iſta leguntnr alibi? Eſa. 24.1.) evacuat terram & deſtruit eam. (Eſai. 5.6.) ponam eam deſertam. (Eccleſ. 12.3.) ocioſæ erunt molitrices. an non intelligunt ea? (Eſai. 38.17.) è foveâ vetuſtatis (Deut. 39.4.) inveterata ſunt veſtimenta veſtra (Pſal. 55.10.) abſorbe Domine (Gen. 11.9.) Confudit Dominus (Ezech. 16.40.) & transfigent te (Ezech. 23.47.) & ſuccidet eos (Jer. 34.18.) inter dimidias partes ejus (Eſth. 1.18.) contemptus & ira (Eſai. 65.23.) parient cum terrore (Ezech. 26.21.) terrores dabo tibi. Quam ſanè hujus Rabini ſententiam eò lubentius amplector, quò fero indignius cęterorum gregalium ſcriptorum Judaicorum aniles ineptias, quas in putidis commentariis ſuis Germanico-Latinis obtrudunt vulgo, & quaſi delirare Sapientia eſſet, faſtuoſiſſimè inculcant. Non diſpliceat Lectori Chriſtiano, ſi in gratiam eorum, qui nugaces ejuſmodi libros nunquam viderunt, hoc unicum Exemplum exſcripſero, è libro Zenorenna, Cracoviæ in fol. nuper edito, quem Cl. Dn. C. Beſoldus, benevolè mecum communicavit. *Warumb hatt die Thorah (lex) angehoben mit der Beth? (B)er lernet uns, wie es ein* ב *Beth hatt drey ſeiten die zu ſein, und die fierte Wand is offen, aſo is auch die Welt; drey ſeiten hat* הק״בה *Hakkadoſch Baruch Hu (Gott der heilig und gelobte) zu gemacht; und die Wand von Zaphon (Septentrion) hat er kein Himel dorten gemacht: der Worten (propterea) Hakkadoſch Baruch Hu will ſagen zu den Ummos haolam (Populis hujus mundi) las komen ewere Abgötter, und laſſen zu machen die fierte Wand. Wen jhr habt ſie gehalten fir ein Got, ferſucht ſie ob ſie epes (aliquid; ex pronunciatione vulgi) kennen (quomodo blaſphemi homines iſti, hanc fictionem ad Chriſtum detorqueant, vide Galat. lib. 1. d. arc. Cat. v.) Und noch ein Peſchet (alia ratio æquè ſubtilis, cur Moſes à Beth:*

à Beth inceperit) die Beth is Beracha (Benedictio) und die Aleph (A) is Arur (execratio) und Kelalah (Maledictio) darumb hat Hakkadoſch Baruch Hu (Deus Opt. Max.) angehoben mit der Beth. Und die Aleph is geflogen für Gott, und hat geſagt: heb mit mir an die Thorah (legem) ich bin das erſt Os (litera) im Aleph-Bes (Alphabetho) da hat Got geſagt, auf den berg Sinai wer ich geben die Aſereth haddeſaros (decalogum) da will ich anhebē mit dir Aleph, Anochi Adonai Elohecha (Ego Dominus Deꝰ tuus) &c. Sed hæc omnia ut puerilia, meritò contemnit cordatus noſter Aben-Ezra: repudians ſimul & illud dogma, quòd nonnulli Mundum propter Legem creatum eſſe arguūt, quia vox Reſchit ibi de creatione, & alibi de Lege uſurpetur. Dicens, ſi ſic argumentari liceret, poſſe eadem facilitate probari quòd propter Leviathanum, vel alias res quaſcunque conditus fuerit. רדש בראשית בתורה שנ׳ יי׳ קנני ראשית דרכו · אחר העולם נברא על לויתן שנ׳ הוא ראשית דרכי אל · אחר׳ העולם נברא שיידאו מלפניו כי כן כתיב ראשית חכמה יראת יי · אחר׳ העולם נברא בעבור הבכורים שנ׳ ראשית בכורי ארמתך : *Draſch (vocis) Bereſchit (in Principio), eſt, quòd per (propter) legem (creatus fuerit Mundus) ſicut dicitur (Prov. 8. 22.) Dominus poſſedit me in Principio viæ ſuæ. (at poſſet etiam) aliter eſſe, quod mundus conditus ſit propter Leviathanum, quia dicitur (Job. 40. 14.) ipſe eſt Principium viarum Dei. (& rurſus) aliter, quod creatus ſit ut timerent ipſum, ſic enim ſcriptum, (Proverb. 1. 7.) Principium ſapientiæ timor Domini. Aliter, quod conditus propter primitias, quia dicitur (Deut. 18. 4.) Principium primitiarum terræ ſunt.* Quæ omnia huc tendunt, ut monſtret infirmitatem hujus argumentationis, aliàs Judæis multùm charæ & familiaris. Addit non eſſe pro ſubtilibus & ingenioſis habendas, quantumvis plerique in eis tantoperè glorientur אשר מעט השכל בלבו׳ ואף כי אשר חכמת אלהים בקרבו / יוכל להוציא מדרשים · וכלם כנגד הגוף הפשוט הם · כמלמשים · וקדמונינו ז״ל / אמרו כבה׳ איך מקרא יוצא מודי פשוטו *cui vel parum eſt ingenii in corde ſuo,*

 æquè

æquè ac ille qui ſapientiam divinam intra ſe (poſſidet) poteſt producere tales Medraſchim (ſeu expoſitiones vagas) quæ omnes ſunt reſpectu corporis nudi ſicut veſtimenta. Majores autem noſtri, p. m. dixerunt: textum non recedere à nuditate ſuâ (etſi teſſelatis ejuſmodi quaſi ſtragulis veſtiatur.) Plura quæ in hunc ſenſum ibidem addidit pridem adduxi pag. 134. unde repetere potes, ſi placet. His igitur quatuor modis omnibus exploſis & rejectis, tradit tandem ¶. V^tm^ & ultimum, qui ſolus ſit legitimus & commentatori ſequendus. Quando nimirùm interpres ſcripturæ primò explicet ſingula verba Grammaticè, aut etiam perſpicuitatis cauſâ brevi paraphraſi ornet; deinde doctrinas inde eliciat. ſed hoc breviter, & quantum ex ipſo textu immediatè fluit. Nam ridiculi ſunt, qui prolixè locos (quos vocant) Communes tractant, ubi de literali ſenſu nondum ſatis conſtat. Hanc commentandi Methodum omiſſis nugis ſe ubique ſecuturum dicit Aben-Ezra; & ſanè id præ cæteris facit, atque in næniis Judaicis parcior eſt quam collegæ; unde ipſi à nobis quoque gratiæ debentur. הדרך החמישית / מוסד פירושי עליה אשית/והיא הישרה בעיני / נכח פני יי׳ ·אשר ממנו לבדו אירא / ולא אשא פנים בתורה/ ואחפש היטב דקדוק כל מלה בכל מאדי/ואחר כן אפרשנה כפי אשר תשיג ידי׃ *Via quinta, fundamentum interpretationum mearum ſuper illam ponam, Ea enim recta eſt in oculis meis, coram facie Domini, quem exinde ſolum timebo, neque attollam faciem meam (ſeu ut nos dicimus, frontem perfrictam) in legem. Scrutabor diligentiſſimè Etymologiam omnis dictionis, juxta totum poſſe meum: poſteà explicabo eam, quouſq; pertigerit manus mea.* Dicit autem ſe ſingularum vocum interpretationem relaturum, ad primam dictionem ſui verſus: qui mos interpretum Judaicorum obiter obſervandus eſt, ut quæſitum locum in commentariis eorum facilius reperias. Ubicunque duo puncta offendis, ſcito novum ibi verſum inchoa-

inchoari, & ſequentem vocem eſſe illius textus initialem: ad quam cætera omnia reduces. כל מלה שתבקשנה בפירוש המלה הראשונה תמצאנה ·לפירוש שמים□ תמצאנו בפסוק הראשון / ועל זה המשפט כל הלשון ׃ *quamcunq; vocem quæſiveris, in commentario primæ dictionis reperies. Verbi gratiâ, explicationem vocabuli Cœlum invenies verſu primo, & juxta hoc judicium, omne ſignificatum.* Et quamvis aliàs Maſoreth, ſeu critica hebræorum, integritati textus plurimùm conducat, ſup. p. 50. tamen eam ſe neglecturũ dicit, quòd ſenſum nil mutet, ſive aliquid plenè ſeu defectivè ſcribatur. ולא אזכיר טעמי אנשי המסורת׳ למה זאת מלאה ולמה נחכרת· כי כל טעמיהם / כדרך הדרש הם□ ׳ כי הכותב פעם□ כיתוב המלה מלאה מבואר□ ׳ופעם□ יחסר אות נעלם□ לאחז דרך קצרה· ואחר שידרשו טעם למלאים ולחסרים ׳ וורונו איך יוכלו לכתוב הספרים□· ומשה כתב בלא ויו" יהוה ימלך׳ ומעתיק משלי כתב בויו" תחת עבד כי ימלוך· ושנים רבות בין שניהם· רק לתינוקות טעמיהם טובים הם ׳ גם בפירושים הישרים□ ׳ אין צורך חתיקון כופרים□ ׃ *neque recordabor rationem virorum Maſoreth, cur hoc plenum & illud defectivum? quia omnes rationes illæ Anagogicæ ſunt.. Scriptor ſcribit aliquando plenum plenâ perſpicuitate, & aliquando deficere facit literam abſconditam, ut apprehendat viam breviorem. At (vulgò) poſtquam inquiſiverunt rationem plenorum & defectivorum, (trahunt id in exemplum, & operosè) docent nos quomodo debeamus ſcribere libros. Moſes ſcripſit abſq; vau (Exod. 15. 18.) Dominus (Iimloch) regnabit: ſed translator Miſle ſeu Proverbiorum (cap. 30. verſ. 22.) ſcripſit (eandem vocem Iimloch) cum vau, (dicens) propter ſervum, cum regnaverit. Et anni plurimi (intercedunt) inter ambos. (unde apparet hæc perinde habenda eſſe.) Saltem pueris rationes illorum bonæ ſunt. Etiam expoſitiones eorum rectæ ſunt (fateor) ſed tamen non neceſſaria fuiſſet Correctio Scribarum (vid. Galat. de 18. Tikkun Sopherim)* poſtea interponit Judicium ſuum de Targum Chaldaico, excuſans autho-

authorem ſicubi à litera recedat. Non facere id ex imperitiâ, ſed ſequi Medraſchim, ubi textus jam ante clarus ſit; quandoquidem non Gentibus ſcribat, ſed Judæis, quibus iſta quotidiano uſu ſint tritiſſima ומתרגם התורה ארמית תרגם אמת / ובאר לנו כל נעלמת / ואם דלק במקומות אחרי מדרשים / ידענו כי יותר ממנו ידע השרשים / רק חפץ להוסיף טעמים אחרים / כי פשוטו יבינוהו אפילו הנערים· כמו עירה שלא תרגמו כבן אתון *Interpres Legis Chaldaicæ vertit veritatẽ, & explanavit nobis abſcondita, etſi ſectatus interdum fuerit Medraſchim. Conſtat quod potior noſtrûm ſciat radices; itaq; voluit addere ſenſus alios, quia literalem ſenſum intelligunt etiam bruti, verbi gratiâ, Gen.* 49. 11. *Iroh non interpretatur pullum aſinæ.* Subjicit eſſe unius textus plurimos ſenſus; quod ut non ſimpliciter negârim, ita nec ſimpliciter ex ſententia Judæorum conceſſerim, quâ ipſi etiam contradictorias ſimul credunt. בעבור הדרש דרך הפשט איננה סרה/ כי שבעים פנים לתורה / רק נתורות ובמשפטים ובחקים / אם מצאנו שני טעמים לפסוקים והטעם האחד כדברו המעתיקים / שהיו כלם צדיקים / נשען על אמתם כפק ביד ים חוקים: *Propter ejuſmodi ſecundarias expoſitiones, literalis ſenſus non tollitur. Quoniam ſeptuaginta ſunt moduli (interpretanda) ſcripturæ, vel ſaltem per leges, judicia & ſtatuta. Si ergò invenimus duas expoſitiones rationabiles verſibus, & ſenſus alter eſt ſecundum verba Translatorum, qui omnes fuerunt juſti, nitimur ſuper veritatem eorum, abſq; dubio, manibus validis.* Tandem in Sadducæos invehitur, qui omnes gloſſas & commentarios repudiabant, ſolum verò contextum pro authentico recognoſcebant; ut hodiè Carræi, Judæorum quædam ſecta, in orientalioribus Europæ finibus ſe continẽs. וחלילה חלילה: מלהתערב עם הצדוקים / האומרים כי העתקתם מכחשת הכת״ב והדקדוקים· רק קדמונינו והיו אמת וכל דבריהם אמת / ויהו״ה: אלהי״ם אמת· ונחה עברו בדרך אמת: *Abſit autem & longè abſit, ut commiſceamur Sadducæis, dicentibus quòd translatio eorum abneget ſcripturam & Grammaticam:*

cam: quin potiùs Majores noſtri fuerunt veraces, & omnia verba ipſorum vera, & Dominus Deus ipſa veritas. Ille deducat ſervum ſuum in viâ veritatis.

4. Hactenus de 5. modis commentandi: ſequuntur nunc 13. *Middos* ſive Modi Argumentandi, quos Thalmudico cuidam Magiſtro Iſmaëli acceptos referunt, & quotidie inter שחרית *preces matutinas*, perinde ac ſi Oratio aliqua eſſet, cum ſingulari cultus opinione & ſanctitatis fiduciâ recitant. Ea extat in ipſorum סדור תפלות *Siddur Tphillos ſeu precationũ libellis*, m. p. 6. fac. a edit. Hanov. in 12° & incipit רבי ישמעאל אומר בשלש עשרה מדות התורה נדרשת בהן *Rabbi Iſmaël inquit tribus decemq́; modulis lex explicatur.* Quos ſtatim ordine ſubjicit, ſed tàm obſcurè tamq́; breviter, ut Sibyllina citi⁹ folia quàm has Judæorũ tricas aſſequâre, & inter ipſoſmet Apellas vix centeſimus quiſque eos intelligat; unde fit ut quò min⁹ percipiunt, eò ſtultius admirentur, eoque devotius inſtar veſtalium virginum ad numeros ſuos quovis manè deblaterent. Eos olim Antonius Margarita pag. M.4. Germanici ſui libelli, conatus eſt utcunque in vernaculam transferre, ſed eâ ratione tenebris hiſce denſiores adhuc nebulas affudit, ſiquidem ſermo noſtrâs ab hoc dicendi genere totus abhorreat. Nuper verò Philippus Aquinus (& ipſe quondam Judæus, nunc verò Lutetiis avitæ Linguæ Profeſſor) peculiari quodam tractatu latino, eoſdem 13. modos, longè clarius expoſuit: ſed vereor, ut & illa omnibus præſertim ἀνεβραίοις ſatisfaciant. Proinde conabor Ego quoque (potiſſimùm occaſione thematis mei) illos enarrare; ſi fortè novam ipſis luculam accendere poſſim. Sunt autem Iſmaëliticæ hujus Topicæ loci in univerſum Tredecim, quo numero tanquam ſacro Judęi aliàs peculiariter delectantur, & עקרים quoque, hoc eſt, fidei ſuæ *articulos*, & alia multa ſuperſtitiosè complecti ſolent. I. appellatur

קלוחומר hoc eſt, interprete Margaritâ, vom Geringen zum Herben/ & reſpondet Dialecticorum argumentationibus *à Minori ad Majus*, quæ ſemper affirmativæ eſſe debent: & viciſſim à Majori ad Minus, quæ non niſi negativè valent. Ut docet Ariſtoteles, Top. l. 2. cap. 3. §. 5. εἰ τὸ μᾶλλον ὑπάρχειν δοκοῦν μὴ ὑπάρχει, οὐδὲ τὸ ἧττον. εἰ δὲ τὸ ἧττον δοκοῦν ὑπάρχειν ὑπάρχει, καὶ τὸ μᾶλλον. V. G. in uno & eodem verſu 5. cap. 12. Jerem. habemus utriuſque exemplum: Pedites te curſu fatigârunt, quantò Magis equites? & ibidem. In regione pacificâ non ſecurus eſſe poteras, quantò Minus in ſuperbâ Provinciâ Jordanis. Quamvis autem hæc res per ſe clara, & ex noſtris quoque Logicis nota, ulterioribus exemplis non indigeat, continere tamen me non potui, quin ſequentia quinque ſelectiora, ex Talmudico tractatu Sanhedrin afferrem, quibus Reſurrectionis mortuorum poſſibilitas, à Minori ad Majus arguitur, & veteres Judæi contra Sadducæos uſi ſunt: quos etiam tunc ipſe ſalvator noſter Chriſtus, Matth. 22. v. 32. mirabili & divino argumentationis genere ita confudit, & ora eorum obturavit, ut obſtupuerint omnes audientes, v. 33. nec ipſi opponentes quicquam contra hiſcere amplius auſi fuerint, v. 46. Talmud ita habet, cap. chelek. p. 90. b. circ. fin.

שאלה קלפטרא מלכתא את רבי מאיר אמרה ידענא דחיי שכבי
דכתיב ויציצו מעיר כעשב הארץ אלא כשהן עומדין עומדין
ערומים או בלבושיהן עומדין אמר לה קל וחומר מחיטה
ומה חיטה שנקברה ערומה יוצאה בכמה לבושין
צדיקים שנקברים בלבושיהן על אחת כמה וכמה:

Interrogavit Cleopatra Regina (Ægypti, J. Cæſaris permiſſu) Rabinũ Meir dicens: novi ego quòd viventes erunt jacẽtes (reviviſcent qui nunc in ſepulchris jacẽt) quia ſcriptũ eſt (Pſ. 72. 16.) reflorеſcent ex urbe, ſicut gramen terræ. Verùm quando reſurgent, aſtabunt nè nudi, an in veſtimentis ſuis? reſpondit ei Kal vechômer, hoc eſt, à minori ad majus, de Tritico. Quid ergò triticum? quod

quod ſepelitur (quaſi, dum ſeminatur) nudum, & exit (repullulat) tot veſtibus (grana ſpicis quaſi induta) Juſti, qui humantur veſtibus ſuis, quanto potiùs (veſtiti reſurgent?) Ibid. lin. ult. & initio ſeq. 91. a. אמר ליה קיסר לרבנן גמליאל / אמריתו דשכבי חיי / הא הוו עפרא ועפרא מי קא חיי· אמרה ליה ברתיה / שבקיה ואנא מהדרנא ליה שני יוצרים יש בעירנו / אהד (pro אחד) יוצר מן המים ואחר יוצר מן הטיט איזה מהן משובח א״ל זה שיוצר מן המים / אמר ליה מן המים צר / מן הטיט לא כל שכן: *ait ei Cæſar, nimirùm Magiſtro noſtro Gamaliel (an illi ad cujus pedes Tarſenſis Paulus Phariſaiſmum didicit? Act. 22. 3. quivè cæteris etiam Apoſtolis non fuit iniquus? Act. 5. 39. nam tempora ſanè congruunt) dicitis quòd jacentes (hoc eſt, mortui) ſint viventes. Ecce ſunt pulvis! num verò pulvis vivit? allocuta eſt eum filia ſua (ego de filia Judæi Gamalielis acciperem; ſed Scholiaſtes R. Sal. Jarchi in ſummitate marginis, attribuit Filiæ Cæſaris, quæ Rabino ſic reſponderit. Quamvis ego filiam Julii nullam meminerim: & quam Suetonius cap. 26. nominat, Cæſaris privigna fuit, Pompeii verò naturalis. ni lectio etiam falſa, ut aliqui ſuſpicantur. Vide Cl. Dn. Berneggeri Diatriben tertiam) dicens: dimitte tu illum, & ego regeram ipſi (parabolicè.) Duo figuli ſunt in urbe noſtrâ (Româ) unus fingit ex aquis, & alter ex luto: uter ex illis eſt (artificii nomine) commendabilior? reſpondit, iſte qui format ex aquis. Regeſſit ei (filia) qui è liquore fingit (ſcilicet Deus Opt. Max. alludit autem ad mirabilem hominis generationem* מטפה סרוחה *è guttâ fœtidâ, ut Jarchæus annotat) non multò potius (& facilius poſſet eos collapſos, denuò refingere?)* Et mox: רבי ר' ישמעאל תנא ק״ו וחומר מכלי זכוכית / מה כלי זכוכית / שעמלן ברוח בשר ודם (פירוש / אדם כשהוא עושה אותו יש לו שפופרת ונופח לתוכה יכן נשמה מפי האומנים) נשברו יש להן תקנה (פי' להתכין ולחזיר ולעשות מהן כלי אחר) בשר ודם שברוחו הקב״ה על אחת כמה וכמה: *qui ſunt de domo (vel ſectâ) R. Iſmaelis tradunt*

tradunt argumentum à Minori ad Majus de vaſe vitreo. Quid vas vitreum? quòd conficiunt ſpiritu (humano) carnis & ſanguinis. GLOSS. *homo quando fabricatur illud, tenet calamum & inſufflat in medium ejus; ſic fit ex halitu oris artificum] at cum franguntur, ſupereſt eis remedium.* GLOSS. *ad reſtaurandum & reficiendum inde aliud vas] ſi homo qui caro & ſanguis eſt, ſpiritu ſuo id poteſt, quanto facilius tale quid præſtabit ſanctus ille Deus & benedictus.* Egregia ſanè ſimilitudo. Si vitrum fortè frangamus aut conteramus minutiſſimè, nequimus ipſi quidem id reſarcire, at ſunt tamen artifices, qui ex fruſtis in fornace denuò liquefactis, aliud poculum forment, priori etiam præſtantius. Ubi recordor opportunè illius Inventoris, qui vitrum flexibile reddidit, cujus officinâ Imp. Tiberius aboleviſſe refertur à Plinio lib. 36. cap. 26. nè ſcilicet metallorum pretia vileſcerent. Si humani ingenii ſagacitas couſque penetravit, quid non de omnipotente Deo noſtro ſperabimus? Sed pergo in Talmud: אמר ליה ההוא מינא לר׳ אמי׳ אמריתו דשכבי חיי׳ הא הוו עפרא ועפרא מי קא חיי׳ אמר ליה אמשול לך משל׳ למה הדבר דומה׳ למלך בשר ודם׳ שאמר לעבדיו לכו ובנו לי פלטרין גדולין במקום שאין מים ועפר׳ הלכו ובנו אותו שם. לימים נפלו׳ אמר להם חזרו ובנו אותו במקום שיש עפר ומים׳ אמרו לו אנו יכולין׳ כעס עליהם אמר להן׳ במקום שאין מים ועפר בניתם׳ עכשיו שיש מים ועפר על אחת כמה וכמה: *ait ei hæreticꝰ ille (Sadducæorũ quendã anteſignanũ intelligo) ſc. Rabino Amai; dicitis quòd jacentes (in cœmiteriis) vivant. Ecce ſunt pulvis! pulvis verò quiſnam vivit? reſpondit ei, aſſimilabo tibi parabolam. Cuinam hæc res comparanda? Regi qui caro & ſanguis exiſtens, dicit ſervis ſuis, ite, ædificate mihi palatia magna in loco ubi nec aqua nec pulvis, iverunt & ædificarunt ea, poſt dies (labente tempore) corruerunt. Iterum dixit eis, revertimini & extruite illud ubi adeſt pulvis & aqua, reſponderunt ei, non equidem nos id poſſumus. Itaq; indignatus contra eos dixit, in loco ubi nihil horum*

borum erat, pridem id potuiſtis; & nunc ubi hæc abundant, quantò facilius id præſtabitis? Ead. pag. 91. a. poſt pauca. אמר ליה ההוא מינא לגביהה בן פסיסא / ווי לכון חוביא דאמריתו מיתי חיין / דחיין מיתי דמיתי חיין / אמר ליה ווי לכון חייביא דאמריתון מיתי לא חיין · דלא הוו חיי דהוו לא כל שכן *Idem hæreticus (Reſurrectionem mortuorum abnegans) dixit Gebibæ filio Peſiſa; væ vobis peccatores! qui aſſeritis mortuos vivere! cum omnes vivi moriantur, quomodo (per contradictionem) mortui vivent? regeſſit ei, væ vobis potius ò Impii! qui dicitis mortuos non vivere: ſi, qui nunquam erant vivi, facti ſunt vivi (in generatione) quantò potius vivi rurſus fient (in reſurrectione, qui pridem fuerunt vivi?* ¶. II. Modus dicitur Judæis גזרה שוה *Sectio æqualis*, Margaritæ Ein Gleiche Ordnung. Logicis verò *A' Pari:* Quando de ſimilibus idem judicium ferunt, docente eodem Ariſtotele Ibid. §. 1. *εἰ μὲν ἐπί τινος τ̃ ὁμοίως οὕτως ἔχει, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων.* Idq́ue affirmando & negando. Eſt enim iſte modus *χρήσιμος πρὸς ἄμφω.* Exemplum ſuppeditat, Exod. 22. v. 7. & 10. Cuſtos boum non tenebatur ad reſtitutionem animalis præter ſuam negligentiam deperditi, Ergò nec Depoſitarius ad pecuniam ſibi concreditam, ſed neſciente ſe furto ſublatam. Et hæc hactenus ſatis perſpicua ſunt, quia cum ratiocinationibus Philoſophorum benè congruunt. At valdè obſcurus eſt ille ¶. III. Modus, qui בנין אב Margaritæ ein Grundtlicher Baw / mihi verò *Patria Structura* dicitur, & tale habet argumentandi genus, cum alicujus rarioris vocabuli, in diverſis ſcripturæ locis eâdem formâ repetiti & plerunque à Maſorethis indicati, occaſione, tertius quidam ſenſus elicitur, qui de utroque participat. Cujus modi ſimilem non reperio per univerſum Ariſtotelem; apud Judæos verò Exempla paſſim quàm plurima, quorum bina ſaltem declarationis cauſa lubet afferre. Gen. 1. v. 14. ad vocem לאתת notat Baal-Turim in

in margine ב' במסורה/ לאתת ולמועדים / והילדים אשר
נתן לי יי' לאתות ולמפתים / והילדים היינו תלמידים הלומדים
תורה דומים למאורות כמו שאמרו פני משה: כפני חמה
ופני יהושע כפני לבנה: ; *bis (tantùm in Bibliis extat hæc vox*
LEOTOT. *Cum hoc præfixo juncta, prout notatur) in Maſorah.*
(non certè magnâ, quæ hic prorſus tacet; neque parva, quæ 'לחכ
'בתר *hoc eſt, nunquam amplius ſic defectivè abſq; vav in lege re-*
periri affirmat: ſed aliâ quadam ampliori, nondum publicatâ,
quod obiter moneo.) ſemel hic: in Signa *& feſtivitates, (iterùm*
Eſa. 8. v. 18.) & pueri quos dedit mihi Dominus in-Signa *& pro-*
digia. (Jam combinat hoſce textus.) & pueri: ecce si ſunt Scho-
laſtici diſcentes legem, ipſi aſſimilantur luminaribus. Quemad-
modum (vulgò inter Judæos) dicunt: facies Moſis eſt inſtar Solis,
& facies Jehoſuæ ſicut Luna. En mirabile argumentandi
genus, & noſtris Philoſophis inauditum! in uno contex-
tu agitur de pueris, in altero de luminaribus, & hi ambo
copulantur per communem vocem LEOTOT, veluti me-
dium quendam terminum: Ergò pueri illi prodigioſo
ſuo ingenii ſplendore, luminaribus aſſimilantur. Quis
noſtrûm hunc piſcem in iſto gurgite quæſiviſſet? Idem
R. Jacobus Gen. 2. v. 2. ad vocem וישבת annotavit 'ב
במסורת הכא ואידך וישבת המן וכו' היינו וכו' דא"מ למד שהמן
Bis, in פסק מלירד(pro מלרדת) בשבת. כדמוכח בקדושין.
Maſorah, (id habent noſtra Exemplaria) hic & alibi (Jo-
ſua 5. v. 12.) & quievit Manna, &c. (quod primum aliter appli-
cat; mox ſuo more דבר אחר *aliam expoſitionem ſubjiciens) docet*
quòd Manna ceſſârit deſcendere in Sabbatho. Prout demonſtra-
tur in Kidduſchin (tractatu Talmudico. p. 38. edit. Venetæ, pro-
lixius) Ecce iterum paradoxo ejuſmodi Syllogiſmo con-
cludit, cœleſtis cibi pluviam, die feriato primùm defeciſ-
ſe, idque hâc conſequentiæ ratione, quòd ſacer textus
utrobique, ubi nimirùm de Sabbathi inſtitutione, &
Mannæ defectu agit, eodem vocabulo, nuſpiam alias oc-
curren-

currente, utatur. Talmudici interdum hunc modum ſa-tiùs extendunt, ad loca ſcripturæ ubi tantùm eadem RADIX recurrit, quantumvis diverſimodè uſurpata. Undè mirum ampliùs non eſt, quòd tàm monſtroſas ſæpè ex-poſitiones gignunt. Verbi gratiâ, quòd antediluviani homines, qui inter cætera malefacta, ferventibus etiam aquis peccârint, iiſdem quoque jure Talionis puniti fue-rint, probant ex collatione textuum Gen. 8. v. 1. & Eſther 7. v. 10. ubi radix שכך utrobique reperiatur. Chelek. p. 108. b. ant. med. אמר רב חסדא / ברותחין קלקלו בעבירה וברותחין נידונו ·כתיב הכא וישכו המים / וכתיב התם והמת המלך שככה: *ait Raf Chaſda; ferventibus perdiderunt cum tranſgreſſione, ideo ferventibus quoq; judicati ſunt. Scri-ptum enim eſt hic, ac ſedatæ ſunt aquæ; & ſcriptum ibi, fervor re-gis ſedatus eſt.* ¶. IV. Modus כלל ופרט Ein Summ und ein Außgenommens *Generale & Particulare* dictus, nihil aliud eſt, quàm reſtrictio GENERIS ad certas ſpecies; locum habere credita, ubi genus in textu præcedit, ſpecies verò aliquot ordine conſequuntur, verbi gratiâ, Levit. 1. v. 2. de Animali, de bove, de pecude offeretis oblationem ve-ſtram: arguunt non licuiſſe id promiſcuè de quovis ani-mali offerre, ſed tantùm de disertè nominato bove aut oviculâ vel hœdo ſub pecudis appellatione contentis. Exceptionem hujus regulæ obſervavi in Talmudico li-bro Sanhedrin, pag. 113. 1. ant. med. אר׳ אילעא׳ כל מקום שאתה מוצא כלל בעשה / ופרט בלא תעשה׳ אין דנין אותו בכלל ופרט: *inquit Raf Ilea, quocunq; loco inveneris Univer-ſale in præcepto affirmativo (ſeu jubente, quorum numerantur in lege 248) & Particulare in præcepto negativo (ſeu vetante, quorum ajunt eſſe 365. pro numero dierum anni) non judicant illud ex hâc Regulâ generalitatis & particularitatis* ¶. V. Mo-dus præcedenti oppoſitus, dicitur פרט וכלל *Particulare & Gene-*

& Generale: eſtque reductio SPECIEI ad Genus. Locum habet ubi ſpecies aliquot in oratione præcedunt, genus verò demum ſubſequitur, verbi gratiâ Exod. 22. verſ9. cum dederit aliquis proximo ſuo aſinum, aut bovem, aut pecudem, aut quodcunque Animal ad cuſtodiendum. Concludunt, non enumeratas tantùm ſpecies, ſed omnes quoque reliquas, ſeu cicures ſint ſive feræ, ſub animalis mentione comprehendi. ¶. VI. Modus כלל ופרט וכלל *Univerſale & Particulare, iterumq; Univerſale*, à vocum ordine ſic dictus, nil aliud eſt, quàm univerſalitatis utrinque poſitæ LIMITATIO, per particularitatem in medio inſertam. De hoc enim præcipiunt, וו אין אתה דן אלא כעין הפרט *talem (propoſitionem) noli tu judicare aliter, niſi reſpectu particularitatis.* Hoc eſt, cave nè genus extendas ulterius, quàm quouſque recenſitarum ſpecierum conditiones admittunt. v. g. Deut. 14. v. 26. Dabis pecuniam (è divenditis decimis collectam) pro Omni quod deſiderat anima tua (in genere) pro pecore, & pro pecude, pro vino, & pro ſicerâ (in ſpecie) & pro omni (rurſus in genere) quod rogavit anima tua. Ajunt non ſimpliciter omnia, quæcunque animo libuerint ſic emi poſſe, ſed talia tantùm, quæ ſint Hujuſmodi, hoc eſt, oportere ab enumeratis ſpeciebus generalem quendam conceptum abſtrahi, veluti, quòd omnes in terrâ promiſſionis natæ, quòd ex rebus aliquandiu perdurantibus, nec verò ſtatim perituris ortæ, &c. Et ſi quis aliquid aliud, hîc non expreſſum emere præſumat, attendi an illud requiſitum habeat nec ne. ¶. VII. Modus continet כלל שהוא צריך לפרט *univerſale quod eget particulari*, de hoc ſonat annexa regula, quòd tunc viciſſim פרט צריך לכלל *particulare generali indigeat*, per MUTUAM limitationem, v. g. Exod. 13. 2. ſanctifica mihi Omne Primogenitum. Id non ſic abſolutè accipiendum eſt: neque enim Fœmellas attinet. Ergò limitatur, Deut.

Deut. 15. 19. Omne quod naſcetur Maſculum. Sed nè ſic quidem omnis dubitatio ſublata. Poſſet enim etiam poſt abortivum primus eſſe. Proinde reaſſumitur ex generali Exod. 13. 2. quod Matricem primò aperit. ¶. VIII. Modus complectitur generalitatis DECLARATIONEM דבר שה'ה בכלל ויצא מן הכלל ללמד *rem quæ erat in generali, & inde exivit ad Docendum.* De hac ſonat Canon לא ללמד על עצמו יצא / אלא ללמד על הכלל כולו יצא: *non ut doceat de ſeipsâ, exivit; ſed ut doceat de toto univerſo, exivit.* Hoc eſt, ſi quid alibi generaliter dictum, hic de certâ ſpecie uberius explicatur, referenda eſt illa declaratio ad ipſum genus. Verbi gratiâ, Exod. 22. 17. Magi jubentur indefinitè capitali aliquo ſupplicio affici: veneficam non ſinas vivere, Levit. 20. 27. in ſpecie Ariolus & qui Pythonem habet, lapidibus obrui mandatur. Id ergò mortis genus cæteris quoque præſtigiatoribus tacitè hîc decretum eſſe autumant. ¶. IX. Modus concernit דבר שהיה בכלל ויצא לטען טעם אחד שהוא כענינו *rem quæ erat in univerſali, & inde exivit ad eliciendum ſenſum aliquem, qui eſt ſecundum ſubjectam materiam.* Margarita. Ein jedes ding/ das in der Sum̃ begriffen iſt/ vnd geht auß der Sum̃/ zureden eine Red/ die der Handlung gleich iſt. De illâ dicitur in Axiomate, quod יצא להקל ולא להחמיר *exiverit ad alleviandum, neq; verò ad aggravandum,* ſie geh darumb auß der Sum̃/ daß ſie geringert werde/ vnd nicht ſchwehrer. Hoc eſt, talis exceptio ſimplex minuit rem, non auget. v. g. Levit. 13. v. 46. leproſi jubentur à ſanis prorſus ſeparari, quod omninò grave eſt. v. 5. niſi fortaſſis indicia nondum ſatis certa ſint; tunc enim ſeptiduo ſaltem includi mandantur, quod longè levius. ¶. X. Modus præcedenti oppoſitus, attinet דבר שהיה בכלל / ויצא לטען טעם אחר / שלא כענינו *rem quæ erat in univerſali, & inde exivit ad eliciendū ſenſum Alium, qui non eſt ſecundum ſubjectam materiam.* De illâ prædicatur quòd

יצא להקל ולהחמיר *exiverit tàm ad alleviandum, quàm ad aggravandum*, hoc eſt, talis exceptio duplex ſimul & minuit rem & auget eam, v. g. ibid. v. 3. ſi pilus cutis converſus fuerit in alborem, dicitur eſſe plaga lepræ. v. 29. excipitur pilus capitis & barbæ. Hæc exceptio prima minuit, & cavet nè quis canos pro leproſis habeat, v. 30. niſi ſit flavus & ſolito tenuior. Hæc exceptionis exceptio iterum auget, & generalitati v. 3. poſitæ, aliquid novum addit. ¶. XI. Modus eſt quaſi exceptio octavi; & verſatur circa דבר שהיה בכלל ויצא לידון בדבר החדש *rem quæ erat in generali, & inde exivit, ut judicetur de re Novâ.* Margarita von einer Newen Handlung zuhandlen. De illâ præcipiunt: אי אתה יכול להחזירו לכללו עד שיחזירנו הכתוב לכללו בפירוש דבר *non potes tu ipſam reducere ad generale ſuum, donec eam reducat ipſa ſcriptura ad generale ſuum, & quidem explicitè, ſive perſpicuis verbis.* Marg. Biß jhn ein klarer Vers im Text wider in ſein Sum̃ wendet. V. g. Levit. 7. v. 2. in genere docetur de hoſtiâ pro delicto; quòd ſanguis ejus ſuper altare ſit ſpargendus, & totus adeps comburendus. Levit. 14. v. 14. in ſpecie, ſanguis hoſtiæ pro delicto leproſi mundandi, jubetur ejus auriculæ & pollicibus dextris aſpergi. Jam non licuiſſet adipem ſimul incendere & cæteras ceremonias uſurpare, niſi ſcriptura verſ. præced. 13. expreſsè hoc ſingulare ſacrificium, illi vulgari coæquaſſet. ¶. XII. Modus bipartitus eſt; eo namque refertur primum דבר הלמד מענינו *res quæ docet ex objecto ſuo.* Ea dijudicanda venit è ſcopo vel materiâ ſubjectâ, circa quam verſatur. Convenit cum Regulâ Logicorum: talia ſunt prædicata, qualia à ſubjectis eſſe permittuntur. v. gr. Levit. 30. v. 40. vir qui patitur defluvium capillorum, Calvus tantùm eſt, Mundus eſt: ſcilicet in hoc negotio vel reſpectu, adeoque non leproſus, de quo ibi loquitur. Interim verò poteſt aliâ ratione pollutus eſſe. Deinde

Deinde huc pertinet רבר הלומר מסופו *res quæ docet è fine ſuo.* Ubi finem non cum Logicis ut cauſam, ſed ſuo quodam more, ut materiæ vel textus clauſulam, conſiderare videtur. v. g. Levit. 14. 34. minatur DEUS lepram quibuſdam domibus. Ab eâ plagâ luteas caſas immunes fuiſſe colligunt, ex illius Juris clauſulâ. Nam v. 45. ſubinfert; deſtruite lapides, ligna & pulverem ejus. Ergò non corripuit domos, niſi quæ iſthâc triplici materiâ ſimul conſtabant. XIII. Poſtremum modum Margarita præcedenti jungit, & ut tredecim nihilominus numeret, tertium in duos diſpeſcit: ſed utrumque perperam. Nos itaque meritò hunc ultimum ſeparamus. Is attinet *ἐναντιολογίας* apparentes contradictiones, quando nimirùm שני כתובים המכחישין זה את זה *bini verſus abnegant ſe mutuò.* Tunc judicium tam diu ſuſpendere jubent, עד שיבוא הכתוב השלישי ויכריע בינידם *donec veniat ſcriptura tertia, & præponderet inter eos.* Marg. ſcheidet zwiſchen jhnen/ conciliet ambos. Nunquam enim legem dextrè intellectam, ſibi verè contradicere, nos cum illis aſſeveramus. ver. grat. Proverb. 26. verſ. 4. noli reſpondere ſtulto ſecundum ſtultitiam ſuam. Et mox verſ. 5. reſponde ſtulto ſecundum ſtultitiam ſuam, hoc videtur ſe mutuò evertere. Verùm, ut Scorpii ſuoſmet ictus ipſi ſanant, vel regiones quæ ſingularia venena, eædem quoque illorum antidota producunt, ità תשובה נכתב בצדו ſolutio aſcripta eſt ibidem lateri ejus: fac illud, quando ſibi ſapiens videbitur; abſtine verò ubi te ſui ſimilem reputabit. Et hæc hactenus de Talmudianâ iſthac Dialecticâ, quæ ſanè non ubivis ſpernenda.

5. Hoc nunc unum ſupereſt, ut in individuo de biblicis commentatoribus agam, & eorum vitas atque perſonas rudi penicillo depingam. Animus autem hoc loco non eſt de omnibus Rabinis, qui quicquam in textum

tum ſacrum comentati ſunt differere; nam id nimis longum foret, & in hoc extremo agone Typothetarum, ad jam ingreſſas Nundinas impoſſibile, ſed tantùm de duobus celebrioribus illis R. Salomone ſcilicet & Aben-Ezra, qui cæteris præferri & biblijs adiungi ſolent. Poſſunt autem Rabini temporum ratione, in tres præcipuè claſſes diſtribui, 1. Veterum qui non multò antè vel poſt Chriſtum vixerunt, & per totum Talmud infinitis penè vicibus introducuntur. de ijs nunc dicere nil attinet, quia nemo eorum in integrum librum, nedum in univerſam ſcripturam commentatus eſt. 2. Modernorum, qui memorari nondum meruerunt. 3. Mediorum, qui poſt diuturnum ſuæ gentis ſilentium, hæc ſtudia denuò inſtaurarunt ſeculo ab hinc ferè ſexto: inter eos prædicti duo ſunt facilè primates, & omnium eorum anteſignanus רבי שלמה ירחי *Rabi Salomon Iarchi*, quaſi lunaris dictus, nam ירח *lunam* notat. Is à noſtris Judæis ſua pronunciatione *Schlomoh* id eſt Salomo κατ' ἐξοχὴν vocatur; frequentius tamen רשי" *Raſchi* (vel blęſioribus *Raſi*) abbreviatè per *Raſche teſoth* ſive capitales trium nominum literas, de quibus ſupr. p. 66. Natione Gallus erat & patria Trecenſis; contrivit tamen aliquam ætatis partem in Germaniâ, commoratus aliquandiu Wormatiæ ad Rhenum, cuius Synagogæ Judæi etiamnum ipſius præſentiæ monſtrant veſtigia. Generum habuit nomine *Meir*; & ex eo duos nepotes 1. R. Samuelem, qui vulgò per conſimilem abbreviationem רשבם *Raſchbam* h. e. *Rabi Schmuel ben Meir*, vocatur, & unus fuit ex authoribus תוספות *additionum* ſeu novellarum conſtitutionum Talmudicarum, circa annum 1170. noſtrate numeratione. 2. R. Jacobum, prioris fratrem & in novellis coadjutorem, qui vulgò רבנו תם *Rabbenu-Tam* i. e. Magiſter noſter perfectus cognominatur. Præceptores avi R. Salomonis fuerunt illius;

illius ætatis celeberrimi Doctores Rabbenu-Gerſchom & R.Schlomo ben-Gavirol. vide abbrev. Cl.Buxt. p. 169. itē ר' משה הדרשן Mag.Moſes concionator. Diſcipuli verò cōplures, inter quos emicuit ר' יהודה בר' נתן M.Judas fili⁹ M.Nathani. Commentatus eſt Jarchi ſuâ linguâ in univerſam ſcripturā, unde à ſuis denominatus fuit פרשנדתא Parſchandatha h. e. Interpres legis, per excellentiam. Eius commentarij ſuper legem, quinque megillos, & prophetas priores, locantur in Biblijs majoribus Venetis & Baſileenſibus plerunque in margine interiori, ſuper Eſaiam & 12. minores in exteriori, ſuper Paralipomena verò textui ſubijciuntur & ut à cæteris dignoſcantur, gerunt in fronte ſingularum paginarum tres literas רשי præſcriptas. Illi ſuper Pentateuchum & quinque libellos, ſubijciuntur etiam triplici Targum, quod in 8. maiori Hanoviæ editum eſt, cum mentione & numeris verſuum, qui ad faciliorem collationem admodūm apti ſunt. Habeo tamen etiam omnes ſeorſim in octava excuſos Venetijs apud Joh. de Gara, ubi propter continuitatem impeditior eſt collatio, quia non in capita, ſed Parſchas tantùm diſpeſcuntur. Scripſit quoque Commentarios in maiorem partem codicis Talmudici, qui etiam intus locantur, & huic obſcuriſſimo libro multoties clariſſimam facem allucent. Non tamen abſoluit totos, quantumvis uſura vitæ diu fruens; nec mirum in opere tàm vaſto, ſed ſuppleuit reliqua prædictus eius diſcipulus R.Jehuda bar-Nathan, à medio cap. 3. ult. Maſſichtæ-Makkos & deinceps ad finem uſque. In ſtilo ſuo difficilis eſt, & propter conciſas locutiones obſcurus, Grammaticæ non ſemper obſervans. crediderim id vitij ex continua Talmudi ſui lectione contraxiſſe: nam ex biblijs certè meliora didiciſſet. Itaque reperti ſunt inter poſteriores qui ביאורים Biurim ſeu dilucidationes in eum ſcriberent, ut Rab. Abraham

ham Pragenſis, R. Leo Moravus, & alij plures, præcipuè R. Elias Mizrachi. h. eſt. orientalis, in cuius commentaria tertiùm ſupercommentatus eſt R. Salomon Luria, ſed & ipſe taliter, ut alicubi explicatione uberiori egeret; adeò nil ferè minus ſunt plerique Judæorum quàm Didactici. Authoritas porrò huius Jarchæi tanta eſt apud Rabinos, ut quamuis Interpretum numero abundent, hunc tamen unum cæteris longè præferant cunctis, non tantum quod tempore antiquior ſit & clarorum inter medios ferè primus, ſed quia in utroque Biblijs & Talmud laborauerit, & illa ſubinde cum hoc conferat: at ſi me arbitro res iſta diſceptaretur, palmam ego deferrem ſequēti Aben-Ezræ, quia non tantùm magis perſpicuus eſt, methodicus, & in ſtilo multùm elegantior, ſcripturæq; idiotiſmorum tenax, ſed etiam prudentior, cautior, & nugarum parcior: cum viciſſim ille à fabulis abſtineat minus, obſcurior ſit & in Orthographiam alicubi impingat, ut cum Kimchæo interdum non agat mitius, quàm noſtrates pueri cum Priſciano. Exempla ſuis locis annotabo. Præter hanc eius eruditionem, arrogant ipſi ſingularem quoque vitæ ſanctimoniam Judæi, & pro ſemi-prophetâ habent, qui futuros rerum eventus potuerit prædicere. aiunt enim cum Gothofredus Bullioneus, terram ſanctā à Sarracenis recuperaturus, ab eo prius de belli fortunâ ſciſcitaretur, reſpondiſſe iſta duo, quòd triduo tantùm ibi regnaturus, mox verò expellendus, cum tribus tantùm equis domum ſit reverſurus; quod etiam utrumque ſic evenerit. Nam cum in oraculi confutationem quatuor equos reduceret, fuiſſe quartum in ipſo ingreſſu propè portam, fatali caſu ponderoſi cuiuſdam lapidis oppreſſum. At totum hoc fabuloſum eſſe, ex probatiſſimorum hiſtoricorum conſenſu conſtat, qui omnes unanimiter ibi regnaſſe ſcribunt vltra annum, ibidem quoq; vitâ

vitâ functum, nec in Lotharingiam reverſum, & toto ferè ſeculo deinceps Palæſtinæ poſſeſſionem penes Chriſtianos reges fuiſſe. Ex quâ fingendi παῤῥησία quoq; æſtimandum eſt, quantum fidei mereantur, dum ſe occultare potuiſſe dictitant, & tyrannidis metu, inſtar redivivi alicuius Eliſæ, inviſibilē reddidiſſe, quando præmemoratus Dux (aliàs omniū relatu clementiſſimus) ſatellitum magnâ turbâ ſtipatus, eum domi ſuæ quæſiverit. Helvicus Fab. Jud. part. 2. num. 53. Vixit annos LXXV. in vegetâ ſenectâ mortuus Anno Judaico 4865. מבריאת עולם *à creatione mundi*, qui reducitur ad Chriſtianum 1105. ſi inde 3760 ſubtrahamus. Pergo ad Aben-Ezram is vero Nomine ſuo vocatur ר' אברהם בר מאיר אבן עזרא *Rabi Abraham filius R. Meir nepos Esra*, quod ex Rhythmica præfatione ſua in Pentateuchum apparet, ubi triplici Paronomaſia pulchrè alludit ad ſuum & patris atq; avi nomē:

אנא אלהי אבי אברהם עשה חסד עם עבדך אברהם ויהי פתח
דברך מאיר לעבדך בן עבדך מאיר ומישועות פניך תבא עזרה לבן
אמתך הנקרא בן עזרא:

Quæſo te ô Deus Patris mei Abraham (Patriarchæ) fac miſericordiam cum famulo tuo ABRAHAM, & aperta ſit porta verbi tui illuminantis, ſervo tuo, filio ſervi tui MEIR, ut à ſalute faciei tuæ veniat auxilium filio ancillæ tuæ, qui vocatur BEN EZRA. Unde liquet Rabinum Meir fuiſſe ipſius parentem, Eſram verò avum & quidem maternū. Ab eo maluit Eſra quàm à patre Meir denominari; reſpiciens fortè ad illum lapidem, 1. Sam. 7. verſ. 12. quem Samuel in memoriam miraculoſæ victoriæ à Philiſtæis partæ, inter Mizpa & Sen erexiſſe legitur, & אבן עזר *aben-ezer* h. e. lapidem Auxilij vocaſſe: aut ſuam juvandi promptitudinem hoc nomine profeſſus, quòd non fruges fruſtra conſumere, multò minus nocere cuiquam cogitet, ſed ſuo ſtudio auxiliari omnibus. Quod aūt hic

Ben

Ben dicitur, id alias & frequentius effertur A B E N, vel cum Beth aſpirato AFEN, & uſurpatur Arabico more in aliarum quoque familiarum cognomentis, quod produ͂c Averrois & Aviceñæ nomina ex אבן רשד & אבן סני corrupta. Signficat hæc vox ſic uſurpata non filium ſimpliciter, ſed filij filium, hoc eſt nepotem; & notatur aliquando etiã unâ lineolâ perpendiculari, quæ non eſt Nun finale, ut omnes hactenus ex Eliæ Thiſsbite ſunt opinati, ſed potius Eliph Arabicum, ut ego pridem demonſtravi amplius in coroll. DEI Orbi Saracen. p. 20. Vixit ante ipſum annis Quinquaginta vel circiter quidam R. Moſche, qui ſe quoque Aben-Ezram cognominavit, author libri ערוגת הבשם *h.e. ſulcus aromatis* ex Cant. 5. 13. dicti, ſed eum inter cognatos huius Abrahami fuiſſe vix credo. Fuerat enim noſter natione Hiſpanus, & in Urbe Rhodo diu verſatus, ubi pleroſque commentarios ſuos exaravit, quod eorum ſubſcriptiones teſtantur. Verbi gratia, quæ ad finẽ Danielis appenſa eſt, נשלם ספר דניאל׳ במרחשון שנת ארבעת אלפים ותתקיו״׳ בעיר רודוס· והודות לשם לבדו ׳ שעזר ברוב חסדו את אברהם עבדו ׳הוא המחבר׳ הוא הסופר: *finitur liber Daniel, menſe Marcheſchvan i.e. octobri, anni milleſimi & 916, in urbe Rhodo. Laus numini divino ſoli, quod juvit per multitudinem miſericordiæ ſuæ Abrahamũ ſervum ſuum, authorem huius & ſcriptorem.* Elaboravit commentarios in univerſam Scripturam, qui prioribus illis meo judicio longè præferendi ſunt, & habentur in gloſſatis Biblijs maioribus, locati plerunque ad marginem exteriorem. Meminit Cl. Buxtorfius pag. 273. ſuæ Bibliothecæ Rabinicæ cujuſdam libri אות נפש h. e. *ſignum animæ* dicti, qui contineat elucidationem in Abẽ-Ezram eum ego nondum vidi. Colligo etiam ex notis ipſius ad Geneſ. 11. ℣. 1. quòd Grammaticen quoque ſcripſerit; ſic enim ibi inter cætera: בספר הדקדוק באורתי למה חסר דלת״ אחת.

אחת *in libro Dikduk (h.e.ſubtilitatum etymologicarum) explicavi quare deficiat Daleth vocis f.* אחת *(una, quæ plenè* אחרת *formari debuiſſet, ex maſc.* אחר*)* ſed puto vel interijſſe, vel mox abſolutiſſimi Michlol Kimchi, veluti Solis cuiuſdã exortu, id aſtrum ſe condidiſſe. Meminit etiam Elias Lev. in Schifr. Luch. fol. Ayn. 1. b. cuiuſdam libri מאונים *h.e. Bilances* inſcripti, quem ״ראע R. Aben Ezra compoſuerit. At tertius ille, in opere quadripartito *Arba turim* dicto, de quo ſup. pag. 98. non eſt huius authoris, ut quis ex titulo אבן העזר ſuſpicari poſſit, ſed R. Jacobi bar Aſcher, qui eum ante non omninò trecentos modò Annos, ſicque ducentis ferè poſt illum edidit. Nam noſter Eſra claruit ante quingentos ferè, circa annum Domini 1150. quod præter clauſulam ſuperius adductam, etiam ex illâ patet, quâ XII. Prophetas minores obſignavit פירשתיו אני המחבר אבר הם בר״ מאיר בן עזרא הספרדי׳ שנת ארבעת אלפים ותשע מאות ושבע עשרה בראש חד׳ טבת בעיר רודום: *explicavi hoc ego author Abraham Bar (h.e. filius Rabbi) Meir, Ben (alias Aben h.e. nepos) Eſræ, Hiſpanus. Anno (Judaico)* 4917 *(qui reſpondet Chriſtiano* 1157*) circa novilunium menſis Tebeth (qui ferè Decembri noſtro congruit) in Urbe Rhodo (inſula cognomini)* Quamvis autem Judæi hunc Eſram Jarchæo poſtponant, tanti tamen faciunt nihilominus, ut *κατ᾽ ἐξοχὴν* denominent החכם *Sapientem*, ſicut nos Philoſophum pro Ariſtotele, & pro Virgilio Poëtam nominamus abſolutè. Meruit illum honorem inſignis eius & varia eruditio; neq; enim in ſacris tantùm verſatus erat ut cæteri, ſed etiã in universâ Philoſophiâ præſertim Matheſi exercitatus, ut vel ex ijs ſolùm apparet, quæ de ſtellis Kimah & Keſil inde mutuatus ſum, in Aſtroſcop. p. 44. Hic alias deficiunt Judæi, & Philoſophiam profundiſſimè ignorant; quæ non poſtrema ſtuporis ipſorum & pertinaciæ cauſſa eſt. Omnino enim tractabiliores fore ſperarem,

rarem, ſi his quoque literis Chriſtianorum more imbuerentur. id autem nè fiat, & ne manſueſcant, interdictum ipſis eſt exoticis, Græcâ præſertim linguâ, Talm. Sota. f. 49. quâ ſcilicet præcipuos authores gentium ſcripſiſſe conſtabat. Noſter autem Arabicam quoque callebat, in quam complura jam Philoſophica erant translata, & inde primùm ſapere cœpiſſe credo: quod & Majmonidi contigit; qui duo ferè ſoli inter populares ſuos eouſque profecerunt, ut vulgares nugas aliquantum olfacerent. Vixit Ben-Eſra in annum uſque quintum & ſeptuageſimum, quæ longævitas non rara eſt in hoc populò, quoniam parcè vivunt, nec immoderatis lautitijs vitam præmaturè ſibi præcidunt, ut aliqui noſtrum: quamvis & intempeſtiva ſtudia curæque mortem non nullis accelerent, ipſe tamen vigorem ad extremum retenuiſſe fertur. Deberem nunc poſt hoſce duos celebriores Hebræorum Doctores, etiam aliquid adijcere de ſecundarijs: ſed quia hoc facere jam occupavit Hebraiſmi Phœnix ille Buxtorfius, in modò laudatâ Bibliothecâ ſuâ Rabinicâ, nolo poſt hunc Homerum Iliada nova ego meditari. Suppleat inde benevolus Lector, ſi quæ hic deeſſe videbuntur: & mecum precetur DEUM, ut errantes has oviculas, quondam unicè ſuas, nunc miſerè diſperſas, & per totius orbis deſerta paſſim balantes, ad beatum ovile CHRISTI reducere dignetur; hanc verò linguam veritatis conſervatricem, quotidie amplius inter nos propagare, ut noſtræ ſalutis, & cum ipſi placuerit, converſionis illorum felix organon eſſe queat.

AMEN.

INDEX.

INDEX LOCORUM SCRIPTURÆ

Benè vel malè allegatorum.

Cap. verſ.	Pag.
GEn.1.1.pag.40.63.69.71.74. 141.148.149.150.151.154.	155
Gen.1.2.	31
Gen.1.4.	69.98
Gen.1.5.	101.110.
Gen.1.5.	137
Gen.1.3.12.14.24.	141
Gen.1.14.	163
Gen.1.26.	40
Gen.1.ult.	68
Gen.2.1.	141
Gen.2.2.	40.164
Gen.2.7.	69.74
Gen.3.7.8.	97
Gen.6.8.	74
Gen.6.15.	65
Gen.8.1.	165
Gen.8.5.	57
Gen.9.4.5.6.	84
Gen.10.6.	8
Gen.11.1.	174
Gen.11.7.	40
Gen.11.9.	154
Gen.12.3.	41
Gen.14.15.	117
Gen.14.18.	118
Gen.17.4.	41
Gen.17.5.	105
Gen.17.15.	130
Gen.17.5.& 15.	85
Gen.18.12.	40
Gen.21.10.	41
Gen.24.42.	123
Gen.28.v.10.& 12.	142
Gen.30.8.	69
Gen.31.	21
Gen.36.40.	8
Gen.45.27.	98
Gen.49.6.	40.90
Gen.49.10.	63.67.69
Gen.49.11.	158
Gen.ult.	151
Exod.3.	69
Exod.4.20.	40
Exod.7.11.	Præf.
Exod.8.2.	121
Exod.12.40.	40
Exod.13.2.	166.167
Exod.14.19.20.21.	71
Exod.15.11.	67
Exod.15.18.	157
Exod.16.17.	97
Exod.20.2.	8.131.155
Exod.22.7.10	163
Exod.22.9.	166
Exod.22.17.	167
Exod.23.12.	118
Exod..2323.	74
Exod.24.11.	40
Exod.25.	

Deut.33.2. 12
Deut.34.ult. 94
Deut.39.4. 154
Ioſ.5.12. 164
Ioſ.10.13. 130
Ioſ.23.19. 137
Iud.1.13. 81
1.Reg.3.9.& 12. 92
1.Reg.4.30. 93
1.Reg.4.31. 90
1.Reg.4.33. 92
1.Reg.6.2. 65
1.Reg.10.7. 112
2.Reg.2.9. 98
2.Reg.3.15. 10
2.Reg.18.27. 54
2.Reg.20.12. 138
2.Paral.6.42. 139
2.Paral.30.2.3. 145
Nehem.2.13. 73
Nehem.8. 55
Nehem.13. 20
4 Eſdr.1446. 93
Eſther.1 18. 154
Eſther.7.10. 165
Iob.1 1 9. 7
Iob.12 22. 137
Iob 13 16. 136
Iob.20 26. 15
Iob.24.14. 137
Iob.28.13. 100
Iob.40..14. 155
Pſal.1.1. 101
Pſal.3.2. 69
Pſal.5.5. 136
Pſal.6 11. 139
Pſal.19.8. 14
Pſal.19.
Exod.25.21. 9
Exod.25.31. 52
Exod.26.9. 30
Exod.32.penult. 119
Exod.33.11. 9
Levit.1.2. 165
Levit.7.2 168
Levit.11.16. 40
Levit.12.5. 103
Levit.13.3.29.30. 168
Levit.13.5.& 46. 167
Levit.14.13.14.34.45 169
Levit.20.27. 167
Levit.26.29. 36
Levit 30.40. 168
Num.9.8. 10
Num.9.10.11. 145
Num.12.7. 9
Num.13.17. 130
Num.16,1. 118
Num.16.15. 40
Num.24.19. 30
Num.25.16. 105
Deut.3.11. 120
Deut.4.2. 144
Deut.4.19. 40
Deut.6.4. 8
Deut.11.17. 137
Deut.14.7. 40
Deut.14.26. 166
Deut.15.19. 167
Deut.17.3. 40
Deut.18.4. 155
Deut.21.17. 98
Deut.28.27.& 30. 54
Deut.30.14. 89
Deut.32.1. 129

Prov.24.30.&31.	136	*Pſal.19.8.9.10.*	144
Prov.26.4.&5.	169	*Pſal.21.2.*	74
Prov.26.8.	15	*Pſal.25.*	66
Prov.30.2.	89	*Pſal.34*	66
Prov 30.4.	142	*Pſal.37.*	66
Prov.30.16.	129	*Pſal. 41.10.*	136
Prov.20.22.	157	*Pſal.50.4.*	125
Prov.31.	67	*Pſal.55.10.*	154
Eccl.2.8.	93	*Pſal. 55.14.15.&24.*	136
Eccl.3.1.	151	*Pſal.69.12 & 13.*	132
Eccl.12.3.	145	*Pſal.63.2.*	89
Cant. Cant.	132	*Pſal.95.10.*	135
Cant.4.8.	68	*Pſal.99.12.*	68
Cant.5 10.	34	*Pſal.72.17.*	67
Eſai.1.	142	*Pſal.72.16.*	160
Eſa.3.3.	15	*Pſal.101.8.*	136
Eſa.5.	24	*Pſal.104.26*	97
Eſa.5.6.	154	*Pſal.111.*	67
Eſa.5.14.	129	*Pſal.112.*	67
Eſa.6.	22	*Pſal.119.*	67
Eſa.7 6.	75	*Pſal.119.148.*	59
Eſa.7.14.	77	*Pſal.119.160.*	68
Eſa.7.20.	116	*Pſal.132.*	139
Eſa.8.18.	164	*Pſal.137.1.*	34
Eſa.9.7.	73	*Pſal.145.*	67
Eſa.12.3.	112	*Pſal.147.9.*	129
Eſa.17.5.	99	*Pſal.147.20.*	14.16
Eſa 23.18.	86	*Pſal.148.3.4.*	129
Eſa.24.1.	154	*Prov.1.7.*	155
Eſa.24.16.	130	*Prov.5.17.*	86
Eſa.29.13.	144	*Prov.8.21.*	18.119
Eſa 30.18.	119	*Prov.8.22.*	155
Eſa.36.	20	*Prov.12.*	24
Eſa.38.8.	122	*Prov.16.24.*	144
Eſa.38.17.	154	*Prov.19.20.*	61
Eſa.39.1.	138	*Prov.20.11.*	74
Eſa.40.26.	74	*Prov.23.32.*	15
Eſa.41.2.			

Habac.4.11.	130	Eſa.41.2.	117
Sophon.3.5.	137	Eſa.42.16.	137
Zach.3.8.	63	Eſa.44.28.	34
Sapient.7.5.	44	Eſa.50.4.	92
Syrach.praf.	43	Eſa.59.9.	157
Matth.5.18.	78.83	Eſa.59.10.	146
Matth.15.	35	Eſa.60.6.	105
Matth.22.32.33.46.	160	Eſa.65.23.	154
Matth.27.46.	21	Ier.10.	21
Luc.4.	21	Ierem.12.5.	160
Luc.10.24.	83	Ierem.25.26.	76
Luc.16.19.	125	Ierem.34.18.	154
Luc.24.44.	17	Ier.36.18.	91
Ioh.1.9.	150	Ier.51.1.	75
Ioh.8.12.	ibid	Ier.51.41.	76
Ioh.8.56	85	Thren.praf.	131
Act.5.39.	161	Thren.1.2.3.	67
Act.15.21.	18	Ezech.1.	88
Act.15.	84	Ezech.9.4.	77
Act.17.28.	praf.	Ezech.16.40.	154
Act.22.3.	161	Ezech.17.7.	97
Rom.3.	90	Ezech.23.47.	154
Rom.4.17.	41	Ezech.26.21.	Ibid.
1.Cor.4.13.	139	Ezech.47.4.&7.	97
2.Cor.3.13	33	Ezech.47.9.	98
2.Cor.4.7.	129	Dan.2.	21
Gal.1.14.	praf.	Dan.3.1.	150
Gal.3.8.	41	Dan.4.1.	58
Gal.4.30.	Ibid.	Dan.10.	9
Phil.3.8.	54	Hoſe.7.5.	136
2.Tim.3.8.	praf.	Ioel 2.6.	140
Tit.1.12.	ibid.	Amos.5.8.	127
Apoc.13.	63	Mich.7.9.	137
		Hab.3.11.	129

INDEX RERUM Memorabilium.

A.

Ægyptium exemplar. Præf. item pag. 52.

Ægyptus tria non mutavit. 20

Æneas. 126

Ænigmata. 145

Æſopæi apologi. 124

Æſopæum ænigma. 63

Ætas Cabaliſtarum. 88

Ætas diſcentium. 7

Affectuum dominus. 10

Affinguntur aliqua Judæis. 137

Afodah-Zarab. Præf.

Aggadoth. 115

Agla nomen. 68

Alabaſtrus. 105

Albam. 75

Aleph initium legis. 155

Aleph aculeatum. 78

Aleph pudeſit. 131

Alexand. M. 37

Allegationes Apoſtolicæ. 41

Allegoria nimia. 145

Alkuranus. Præf.

Alphabeth. Akibæ. 78

Alphabeth. in verſu. 46

Alphabethum loquitur. 131

Alphab. numerus. 150

Alphabetha occulta. 80

ABaricum Alphab. 80

Abba Schaul. 121

Aben-Ezra. 156

ejus exemplar bibl. Præf.

ejus Præfatio. 140

Abortus prægnant. 127

Abram Abraham. 85

R. Abrah. Abẽ Ezra 173. *& ſeqq.*

R. Abraham Pragenſis. 172

Abram Papa 105

Abrahami pugna. 117

Abraham Levita. 42

Abraham refutat literas. 131

Abuſus nominis Divini. 87

Abuſus Scripturæ. 132

Acco portus Syriæ. 81

Achas R. piger. 136

Achazi dies emortualis. 122

Achla liber. 48

Acroſtichis 67

Adagia vulpina. 27

Adami nomen. 69. 70

Adeps hoſtiarum. 168

Ædificans ſine aqua. 162

Ædificia ſacra. 65

Æſen haæzer. 98

Aſen pro Aben. 174

Ægidius Viterbienſis. 16

Arba-thurim. 98
Arcana legis M. 90.92
Arca Noah. *Præf. &* 65
ArchiteƂonica Cabala. 74.65
Argentea dolia. 128
Argumentandi ſpecies. 159
Argum. à pari. 145
Arias Montanus. 105
Ariolorum pœna. 167
Ariſteas. 38
Aſarias. R. *Præf.*
Aſſyriaca litera 83
Aſtra nolunt lucere 130
Aſtronomia. 141.144.
Aſtrologaſtri. 151
Atechnos Cabala. 83
Athbaſch 75
Atra facies. 130
Atramentum ſacrum 11
Auguſtus menſis. 135
Averroës. 174
Avicenna. *ibid.*
Authores Maſoræ. 57
Authoritas Targ. 37
Azaſthani. 21

B.

Baal-Aruch. 66
Baal-Thurim. 97.98
Babel. 34.76
Babylonica dialeƂus. 20
Baculus Aaronis. 82
Baladan Rex. 138
Barbaries linguæ Jeroſ. 36
Barbi-

Alphab. ſacrum germ. 67
Alphab. ſeries Pſalm. 66
R. Amai. 162
Amati Cabaliſtæ. 100
Ambitio Rabbinica 50.121
A' minori ad majus. 160
Amicitia. 84
Ammon R. Jud. 136
Amulcta. 28.101.
Anagrammata. 75
Angeli corruptionis. 136
Angeli interpretes. 9
Angeli miniſteriales. 28
Angelus alatus. 86
Anima duplex. 118
Animæ excuſatio. 1[illegible]5
Animalium imagines. *Præf.*
Annorum reduƂio. 173
Annus intercalaris. 18
Antichriſtus. 63
Antiochus Soter. 80
Antiochus tyrannus. 19
Antoninus Imper. 125
Anton. Cronicus 94
Anton. Margarita. 12
A' pari. 163
Apocryphi vet. T. 43
Apologi Thalmudici. 133
Aqua diluvii. 165
Aquila Ponticus. *Præf. &* 24
Aquinas. 159
Arabica Lingua. 176
Arabum prolixitas. 141

UNIVERSITEITS BIBLIOTHEEK

Cæſaris filia. 161
Calebi nomen. 130
Calendæ. 144
Calendarium. 135.151
Calvitium. 168
Calvitium Korah. 118
Cani capilli. 168
Canina facies Regis. 138
Canticum Canticorum. 132
Cantharus. 112
Capita Maſorethica. 17
Capnio. Hebraiſmi reſtaurator. 1
Capnionis agon. 106
Capnionis codex Præf.
Capſarii Chriſtianorum. 6
Caput 1. *Geneſ.* 140
Caput 1. *Eſaiæ.* 142
Carbo. 11
Caſa lutea. 169
Caſtra ſpacioſiſſima. 138
Caſtratio Thargum. 34
Celeritas græcæ verſionis. 38
Cellulæ 72. *interpret.* 42
Cenſura artificum. 113
Cenſura libr. Jud. 107
Cento Cabaliſticus. 98
Cerva unicornis. 85
Chaldæi hoſtes. 76
Chaldaica lingua. 19.20.21.
Characteres occulti. 80
Chamiſchah Chummaſche. 109
Chartæ

Barbitonſor Deus 116
Bath-Kol. 29.85
Battologia. 140
Bechai. 86
Beda venerabilis. 70
Ben Aſcher & Napht. 50
Benedictio populi. 87
Ben-Syra. 1
Bernegg. in Sueton. 161
Bereſchith. 69.71
Beſoldus. 154
Beſtia apocalypt. 63
Beth aculeatum. 78
Beth initiale legis. 148.155
Biblia Baſileenſia. 3
Biblia lugent. 132
Bibliorum partes. 17
Bibliotheca Ill. Coll. Tub. 3
Bileam. 111
Biur in comm. R. Sal. 171
Bombergus. 58
Brandſpiegel. 109
Buſta Gamalielis. 25
Bubulcus. 163
Buxtorfi labor. 23
Buxtorfi Tyberias. 59.137
Buxtorfi Bibliothec. Rab. 174. & 176

C.

Cabala. 60. & *ſeqq. item* 147. & *ſeqq.* 152
Cæſaris ſteganograph. 76
Cæſar proſtratus. 128

Converſus Judæus. 102
Convivantium luſus 132
Cor hieroglyph. 79
Coronulæ literarum. 92
Corporis excuſatio. 125
Corporum 3. dimenſ. 102
Corpus, vox fœcunda. 75
Correcta ſcriptio 72
Correctio Scribarum. 157
Correctum exemplar. 52
Corruptio Nominis Dei. 127
Corruptio textus. 12
Corvi orant. 129
Craſſa interpretatio. 116
Creatio Cabaliſt. 100
Creator Deus. 74
Crepidæ Rabbinorum. 115
Critica ſacra. 45
Cruſtæ bibliorum. 8
Crux Chriſti. 77
Cubus mundi. 85
Cultus Dei. 84
Cunæ Ogi. 121
Cunarum inſignia. 80
Curæ. 84
Currentes literæ. 83
Currus myſticus. 15
Cuthai. 82
Cynicorum ſecta. 138
Cynocephali. 139
Cyrus 34. 126.

D.

Dactylus Judæus. 94
Danie-

Charta Maſorethica. 48
Chéth gibboſum. 78
Choſchen hammiſchpat. 98
Chriſtiana dogmata. 94
Chriſtiani Commentarii. 143
Chriſtianus Pauli. 69
Chriſtophorus. 125
Chronologia Templi. 148
Circellus Maſorethicus. 50
Circulator quidam. 51
Circumſtantiæ. 125
Ciſiojanus. 135
Citatio gr. text. in N. T. 41
Citatio Rabinorum. Præf.
Claudus cæco inſidens. 124
Cleopatra. 160
Codices antiqui. Præf. & 51
Cæcus clamat. 137
Collegium Eſdræ. 55. 56
Collum craſſiſſimum. 138
Colonienſis Academia. 106
Combuſtio libri C. 107
Commentaria Rabbin. 113
Commentandi diverſitas. 140 & ſeq.
Concil. Trid. Præf.
Concordantes loci. 49
Conditiones diſcipuli. 15
Conſtantinopolis. 30. 34
Contemptus piorum. 139
Continuitas legis. 71
Contradictiones ſcripturæ. 169
Converſatio Judaica. Præf.

Draſch contradictoria. 153
Duplices creaturæ 148

E.

Eben-Ezer, lapis. 173. *liber.* 175
Ebrioſus. 88
Eccleſiæ fata. 149
Ecſtaſis prophetica. 9
Edomæi, Romani. 148
Elai ſylva. 127
Eleazar libertus. 118
Eleazari velox iter. 123
Electorum numerus. 119
Elias levita. 16. 58. 59
Elias Mizrachi. 172
Eliph arabicum. 174
Epiſtolæ dominicales. 19
Epiſtolæ Majmonidis. 114
Epiſtolæ obſcur. vir. 107
Equitatus Senacheribi. 137
Equus oppreſſus. 172
Errata punctorum. 24
Errores Maſoræ. 59
Error lexici. 110
Eruditio Jonathæ. 26
Eſdra criticus. 55
Esdras cabaliſta. 93. 96
Eſdræ ſcripta. 54
Esra avus Ab. Ez. 175
Eſthera Thargum. 37
Ethica. 152
Etymologiæ nom. p. 118
Evangelia Dominicalia. 18
Evangelica parabolæ. 125
Danielis clauſula. 174
Dav. Kimhi. 113
Davidis Præceptor. 136
Definitio cabalæ. 60
Deformitas. 128
Demetrius ſcriba. 38
Dentes hebetati. 118
Dentium excidium. 128
Deorum probatio. 154
Depoſitum. 163
DEUS Moſis amicus. 9
Deus ſtudet. 34
DEI potentia. 127
Dextræ nobilitas. 12
Dialectus Jeroſolym. 36
Dictionariũ Forſteri. 108. 110
Diecula brevis. 122
Dies longiſſima. 123
Dimidius vocat. 136
Diligentia Maſorethica. 46
Diluvij aqua fervens. 165
Diogenes canis. 138
Diſcipuli Hillelis. 26
Diſcrepantia exemplar. 54
Diſcretio boni à malo. 34
Diſſolutiles voces. 70
Diviſio libror. ſacr. 17
Doctrina Jochanni. 27
Doctrina Moſis. 91
Doëg & Abitophel. 136
Dolia magnifica. 128
Domus leproſæ. 169
Draſchim varij generis. 134

Generatio hominis. 161
Geneſis Moſis. 152
Geniorum adjuratio. 28
Genus & ſpecies. 165
Georgius. 125
Germanica cabala. 105
R. Gerſchom. 171
Gigas Ogus. 120
Gladij è pulvere. 118
Gothofredus à Bullion. 172
Græca verſio. 21.38
Græca lingua. 175
Græci Interp. V. præf.
Grammatica Aben-Ezræ. 175
Grammatica ſtudium. 2
Grammatici virtus. 103
Gratitudo diſcipuli. 109
Gravidæ abortiunt. 128
Gummi in atramento. 11

H.

Hæretici abutuntur textu. 143
Haſdaloth. 98
Hagiographi. 16.17
Hagiographa non verſa. 29
Haphtharoth. 19
Harmonia exemplarium. 52
Haſelbachius. 142
He aſpiratio. 85
Hebraiſmi ignorantia. 51
Hecuba in canem. 138
Helvicus. 31.173
Herbarium. 141
Herus ſedet. 137
Hiza-

Evangelium S. Joh. 101
Exemplar ægyptiac. 52
Exemplarium paucitas. 32
Exercitium. 2
Exilia Judæorum. 96
Exordium Moſaicum. 68
Expoſitio ſimplex. 156

F.

Fabius pictor. 113
Fabuloſa in Tharg. 30
Fabularum origines. 116
Facies nigra. 140
Fagij Laus. 112
Falſiloqui. 136
Famæ incrementum. 119
Fames Jeroſolym. 36
Faſtorum productio. 123
Fauſtus Magus. præf. & 126
Ferventes aquæ. 165
Feſtivitas libraria. 13
Figulus mirabilis 161
Forpex angelica. 117
Forſterus. 107.108
Futura pro præteritis. 117

G.

Galatinus præf. 32
Gale Reziah. 32
Gamaliel. 25.161
Gaones. 142
Garruli 136
Gebihaf. peſisa. 163
Gematria. 62.63.76,130
Genealogia cabaliſt. 96

Jehoſchüah nomen. 130
Jehoſchua bin Chanania. 127
Joſuæ facies. 164
Jehovah. 69
Jehuda hakkadoſch. 35
R. Jehuda bar Nathan. 171
Jejunium ob libri lapſum. 13
Jeremias Cabaliſta. 75.93
Jeroſolymit. Tharg. 35
Jeſus Nazarenus. 65
Jeſu nomen. 67.68.85
Ignis loquitur 129
Ignis niger in albo. 71
R. Ilea. 165
Immundi. 145
Illuſores textus. 132
Impudentiæ Symbolum. 139
Ingenium. 146
Inſcitia Chriſtianorum. 143
Inſidiarum ſuſpicio. 41
Integritas Biblica. 50.51
Integritas Thargum. 22
Interpretum lapſus. 111
Invidia Judaica. 14
Inviſibilis R. Sal. J. 173
Jochanan f. Zachai. 26
Jod exulat. 130
Jodim, Dei nomen. 81
Jod minimum. 83
R. Jonas hammedakdek. Præf.
Jonathan Uzielides. 25.29.
Jonathæ Tharg. an extet? 29.
Joreh deah. 98
Hexapla Origenis. 21
Hieronymus. 111
Hilaritas. Proxeneta oraculi. 10
Hillelis exemplar. Præf. & 51
Hillelis monitum. 113
Hillelis rectura. 26
Hiskias conſtituend. Meſſias. 130
Hiskia Paſcha. 144
Hodierna verſ. græca, 39
Hogoſtratus. 107
Homerus 126. *ejus patria.* Præf.
Homicidium. 84
Homo terra 74
Honor ſacri codicis. 13
Horologium Achaz. 122
Horti Salomonis. 93
Hoſchea. 130
Hoſtes fuſi. 118
Hoſtia ſanguis. 168
Hoſtes Judæorum. 69
Hymnus à terrâ cantatus. 130
Hyperbolica eruditio. 27
Hypocritæ. 136

I.

Jacobus B. Thurim. 97.98.164
Jacobus f. Chaijm. 58
Jacobus f. Eleazar. Præf.
Jacobus f. Mejr. 170
Jad-Chazakah 94
Jannes & Jambres Præf.
Idololatria. 84
Jehojakim R. Jud. 136

Lanſius. 142
Lapides clamant 129
Latina Lingua. 20
Lazarus. 125
Lectionis criſis. 45
Lectum nec ſcriptum. 54
Lectus Ogi. 120
Legendæ Monachorum. 122
Legis arcana. 90.92
Legis prima litera. 148.154
Legis traditio. 73
Leo ingens. 127
R. Leo Moravus. 172
Leproſi. 167.168
Lepus Daſypus. 40
Leviathan. 155
Lexicon Forſteri. 110
Lex ignea. 71
Lex ante mundum. 153
Lex oralis. 6
Lex tantùm græcè verſa. 38
Libri duo peſſimi Præf.
Libri inepti 114
Libri Judæorum. 106
Libri Maaſim. 140
Libri nondum editi. 31
Libri ſacri honor. 12.13
Libri 70. Eſdræ. 93
Ligatura libri ſacri. 11
Limitatio. 166
Lingua Aramica. 20
Lipman. Præf.
Literæ biformes. 16.68.72.73
Literæ

Joſeph cæcus. 37
Joſippus. 40.
Iracundus. 84.88
Irriſores. 136
R. Iſaac. 141
R. Iſmaëlis Logica. 159
Iſraëlita. 69
Iſraëlitarum peccata. 131
Itinerarium. 141
Juba latiſſima. 138
Judæi noſtrates. Præf. 3.6.
Judæi nil depravant. 22
Judæi Præceptores Præf. & 108
Judæorum converſio. Præf.
Judicium, vox myſt. 64
Judicii uſus. 146
Judicii ſuſpenſio. 114
Juris ſummula. 135
Juſtitia. 84
Juſtorum præmia. 119
Juventus fervida. 88

K.

Kabal hæreſiarcha. 62
Karræi. 158
Kehat. 118
Keri uketif. 54.55
Kimchi vapulat. 172
Korach calvus. 118
Korachi ſeditio 129
Koraim Schiſmatici. 103

L.

Lagorum cognomen. 40
Lajlah vox F. 110

Manaſſis profanitas. 8
Manna defectus. 164
Mannæ Vrnula. 82
Manus illotæ. 12
Mardochæi ſcripta. 54
Margines biblici. 49
Marginalis lectio. 54
Marginalia Thalmudica. 136
Ant. Margarita. 159
Margarita ante porcos. 15
Mariæ virginitas 77
Maſ. Hammaſor. Eliæ 58
Marchio Badenſ. præf.
Marſilienſes Judæi 114
Maſora myſtica 98
Maſora nulla Tharg. 22
Maſora parva 49.137
Maſora ornatus. præf.
Maſoreth. 45. & ſeq. 157
Materia & forma. 148
Maximil. Imp. Symb. 67
Maximil. I. Imp. præf. & 106
Mazpaz 76
Meatus ſubterraneus. 93
Medicina cabaliſtica 100
Medicina Salomonis. 92
Medraſchim 114.156
Megaſthenis credulitas. 139
Megilla. 11
Meirgener R. Sal. 170
Meir Pater Aben-Ezræ. 173
Membrana pro ſacris libris. 10. & ſeq. 11
Literæ quadratæ. 82
Literæ ſuſpenſæ, inverſæ &c. 45
Literæ verè vocales. 130
Literalis ſenſus. 88. 116. 146.
Literarum myſteria. 92
Literarum numerus. 47. 150
Logica R. Iſmaëlis. 159
Longævitas veracium. 133
Longævitas Rabinorum. 176
Loquacitas. 142
Loquela inanimatorum. 129
Lud. Carret. 66. 102
Ludovicus Würtemb. Præf.
Lugendæ Thalmudicæ. 116
Luna corpore minuta. 30
Lunationes XXVIII. 151
Luſus Cabaliſtici. 72. 79
Lux mundi. 150

M.

Maaſeh beech 109. 140
Maccabæus. 67
Maddinchaim. 50
Magia Salomonis. 93
Magica cabala. 100
Magi Pharaonis præf.
Magorum pœna. 167
Magna Maſorah. 50
Magnitudo Maſoræ. 48
Majmon. 176
Majmonidis epiſtola 114
Malchi-zedek Semus 118
Male & chaſar 72. 157
Manaſſe R. ſtultus 136

Mem-

Mors. 70
Mors oſculi. 86
Mortis remedium. 134
Mortuorum ſuſcitatio. 90.100
Moſes cabaliſta. 89.96.
Moſis excellentia. 8.9.10
Moſes in Sinai 90.91
Moſis ſtatura. 120
Moſis facies. 164
Moſes Gerundenſis. 44
R.Moſes Aben-Ezra. 174
R.Moſes haddarſchan. 171
Mundi CCCX. 119
Mundus duplex. 148
Mundi foramen. 154
Mundus quando creatus? 63.
Item. 74
Cur creatus. 155
Munſterus 110.111
Muris ſymbolum. 63
Muſcæ divinitus combuſtæ. 28
Muſici 3. ſoni. 102
Myſteria literalia 147
Myſteria ſcripturæ. 64
Myſticus ſenſus. 88
Mythologiæ docent. 124

N.

Naphtali. 69
Nervi pro filis. 11
Nimia ſubtilitas. 104
Nigra facies. 139
Nizzachon. *præf.*
Noctua cæcutiens. 102
Noctuis

Mem clauſum in medio. 73.77
Mem Setumah & Petucha. 68
Memoriæ ſubſidia. 135
Menach d. Rakenat. 32
Menazpach. 73
Mendaces. 136
Mercaſa. 28
Merubba. 82
Meſſias. 85
Meſſias lætus 74
Meſſiæ adventus. 139
Meſſiæ excidium. 29
Meſſiæ tempora. 149
Metamorphoſis Ovid. 126
Metaphyſica ſacra. 15
Metempſychoſis 70
Michaël Angelus. 74
Michlol. R.D.K. præf. & 175
Mickra. 5
Minhagim. 14.109
Miraculorum ars. 90.100
Miſchnah. 6
Miſchnæ antiquitas. 35
Miſchnæ 6. Tomi. 30
Miſchnæ ortus. 96
Miſſa. 63
Moderatio ſtudiorum. 104
Modeſtia Judaica. 88.99
Modi commentandi. 140
Modulatio ſacra 87.132
Mœnia Romana. 128
Moneta Davidis 82
Morbus librarius 114

Ordo legis. 100
Ordo librorum ſacrorum. 17
Origenis Hexapla. 21
Orthographia ſacra. 56
L. Oſiander 28
Os-nepheſch. 174
Othioth. 74

P.

Palæſtina recuperata. 172
Pallium luminis. 86
Panacea cabaliſt. 101
Papa. 70
Papa cabaliſticus. 105
Parabolæ Judæorum. 124.162
Paradoxa. 85
Paralipom. lib. 20
Paraſchæ LIIII. 18
Parſchandatha. 171
Parentheſes. præf.
Parietes geſtiunt. 129
Parietes mundi. 154
Parva Maſora. 49.137
Paſcha translatum. 145
Pater Romanus. 105
Patres ignorant Thargum. 21
Patria ſtructura. 163
Patrum lapſus. 33
Paulus Phariſæus. præf. 160
Pe majuſcula tria. 18
Peccati mutua excuſatio. 125
Pecudum oblatio. 165
Pecunia è decimis. 166
Peliel.
Nomen DEI 69
Nomen DEI per Jodim 81
Nomen Jeſu. 67
Nomen 12. liter. 87
Nomen 42. liter. 87.88
Nomen 72. literarum 71
Nomina librorum bibl. 18
Nomen Jehovah 68
Nomina propria. 8
Nomina turpia. 103
Notarikon. 66
Novellæ Talmudi. 170
Novilunia. 144
Novitia cabala. 104
Nugæ inexcuſabiles. 140
Numerus librorum ſacr. 16
Numerales literæ. 63
Numerus Beſtiæ. 63
Numerus græcor. interp. 43
Numerus literarum. 46.47
Nun. 130
Nun finale. 174

O.

Obſcœna vocabula 54
Occaſio Maſoræ. 72
Occultatio cabalæ. 86
Occulta ſcriptio. 76
Oculi in fronte. 115
Ogi ſtatura 120
Ollæ nigrior. 139
Onkelos Proſelytus. 23.25
Optica. 141
Orach chaÿm. 28

Praſteris morſus. 115
Preces matutinæ 159
Primogeniti. 166
Prodigiorum Ars. 100
Prolixitas quorundam. 142
Prophetarum pater. 8
Prophetiæ modi. 9.10
Prophetiarum expoſitio. 116
Prophetarum neglectus. 7
Prophetæ cabaliſtæ. 93.96
Prophetæ priores & poſt. 16
Proportiones biblicæ. 64
Propr. nom. expoſitio. 69
Proſopopœia Thalm. 129
Proteſtantes. 105
Proverbia fullonum. 27
Prunæ ſapientum. 115
Pſalmor. ordo Alphab. 67
Pſaltes allicit prophetiam. 10
Pſeudo-prophetes. 105
Ptolemeus R. ægypti. 75.38.41
Ptolemais vrbs. 81
Publicatio Cabalæ. 95
Publicatio Maſoræ. 58
Pudoris ſymbolum. 139
Pueris fabulæ proſunt. 134
Puerpera. 103
Puerulorum collegium. 73
Pulvis in gladios. 118
Punctorum abſentia. 111
Puncta in commentarijs. 156
Punctorum defectus. 24
Purgatio ventris. 109
Pytha-
Peliel. 89
Pelles jumendi mundi. 11
Peregrinantes. 145
Pergamenum. 11
Perſonæ fictitiæ. 125
Pertinax. 88
Peruſchim. 115
Pfefferkorn. 106.107
Philoſophia. 142.144.175
Phyſica. 141
Phyſica Moſaica. 91
Picus Mirand. 61
Pici Bibliotheca. 94
Pigri ager. 136
Pijſperuntur. 139
Pili leproſorum. 168
Piperis plantatio. 93
Pipi Samarit. 81
Pirke Afoth. 84
Pius Dolus. 122
Planetæ VII. 150
Plenum & deficiens. 56.72.157
Plinij Jochabela. 61
Pluvioſus dies. 73
Pœna prodentis legem. 14.
Polygonales numeri 105
Portæ intelligentiæ. 91.
Potentia Dei. 127
Præcepta filior. Noæ. 84
Præcepta Affirm. & Negat. 165
Præceptor Hieronymi. 111
Præceptores Patriarcharũ. 89
Præliminaris Maſora. 50.

Regnum Judæ. 136
Remuneratio.72.Interp. 41
Requiſita cabaliſtæ. 88
Reſurrectio mortuorum. 160. 161.162
Reüchlinus Prof. Tüb. 1
Reüchlini ſuperſtitio. 101
Reverentia libri. 12
Rhodus. 174.175
Ruditas Judæorum. 108
Rugitus Leonis. 127

S.

Saadia Gaon. R. 141
Sabbathinæ lectiones. 18
Sabbatho ceſſat Manna. 164
Sabbathi privilegium. 118
Sachar. præf.
Sacci amictus. 132
Sadducæi repudiant gloſſ. 143. 158.*negãt Reſurrect.* 160.162
Sagolta. 66
Sagittæ è ſtipulis. 118
Salomonis eruditio. 92
R.Salomon Jarchi. 112. 170. 171.172
R. Salomo ben. Gavirol. 171
R.Salomon Luria. 172
Saltus terræ. 123
Salutatio publica. 121
Samaritanus Siclus. præf.
Samaritæ Schiſmatici. 82
Samaritanicæ litera. 80.81.82
Samech majuſcula tria. 18

Pythagorica ſymbola. 84
Pythones. 167

Q.

Quadrageſimæ computus. 135
Quadrigæ Ezechielis. 15
Quinq; ſenes interp. præf. & 43

R.

Rab Hakkadoſch. 95.96
Rabbenu Tam. 170
Rabbenu Gerſchom. 171
Rabini triplices. 170
Rabbinorum laudes. 111.113
Rabbinor. odium. 108
Rabſake. 20
Radicales 3. literæ 102
Radices cognatæ. 74
Ramlah Rex. 75
Rambam. 7
Rambami laus. 112
Ramban Nachm. 97
Rambani peregrinatio. 81
Rana ingens. præf. & 121
Raphael. 89
Raphe. 62
Rapina. 84
Raſchbam. 170
Raſchi. 170
Raſche theſot. 66.170
Raſura chartæ. 11
Rationis vſus. 115
Raziel. 89
Recentiorum ruditas. 109
Reſia. 137

Sennacheribi barba. 117
Sen. Pop. Q; Rom. 70
Senſus literalis & figurat’. 147
Senſus multi Scripturæ. 158
Sepes legis. 53.
Septembri Mundus creatus. 74
Septenarius. 150.
Septentrio. 154
Septimanarum nomina. 19
Septuaginta ſenes. 38
Seſach. 76
Sex rerum extremitates 150
Siclus *Præf.* & 81.82
Signa Maſorethica. 134
Simchat Thorah. 13.14
Simeon juſtus. 26
Siniſtræ officium. 12
Societas peccandi 101
Solarium Achaz. 122
Sol & Luna loquuntur. 130
Sol hieroglyph. 79
Sol retrogreſſus. 122
Somnia Prophetica. 9
Somniorum interpres. 142
Sophe-theſot. 68
Species Cabalæ. 62
Spicilegium cabal. 98
Spinæ & urticæ. 136
Spiritus S. 31
Spiritus Propheticus. 149
Sponda Ogi. 120
Sponda Sodomitarum. 126
Statura R. Ogi. 120
Stega-
Santes pagninus. 105
Sapiens Ab. Ezra. 175
Sapientia Hillelis. 26
Sapientia Salomonis. 20
Sapientia Sal. liber. 44
Sapientiæ ſedes. 129
Sarai Sara. 85
Scheda Cabaliſtica. 95
Schem-hammephoraſch. 86. 87. 152
Schemone Eſre. 151
Schemuel f. Chophni. 142
Schifre luchos *Præf.* & 174
Schilo Meſſias. 63.67
Schimmuſch tillim. 100
R. Schmuel. b. Mejr. 170
Scholares. 164
Schin triceps. 102
Scientia profana. 142
Scintilla exiliens. 117
Scortatio 84
Scribarum induſtria. *Præf.*
Scribarum correctio. 157
Scribarum ſapientia fœtet. 139
Scripta Judæorum. 4
Scriptum nec lectum. 54
Scripturæ majeſtas. 7
Scripturæ ſufficientia. 6
Scrupuloſitas. 104
Secta textualium. 103
Sem Melchiſedech. 118
Sennacherib.
Senilis Cabala. 88

Templi duratio. 148
Tempus omnium. 151
Temurah. 70
Terræmotus. 29
Terræ occurſus. 123
Terra pſallit. 130
Teſſera militaris. 67
Teſtacca vaſa. 129
Textus Hebræus. 5
Thalmud. Præf.
Thalmudi authoritas. 6
Thalmudi incunabula 35
Thalmudi Commentarii 171
Thargum. 19. & ſeqq.
Thargum Jonathæ Præf.
Thargum Hanov. 171
Thargum cur exorbitet. 158
Thav. Signum. 77
Theodotion. Præf. & 25
Theſeus nomen. 79
Thorah. 38
Threni Jeremiæ.
Tibia gigantea 121
Tiberius Imp. 162
Tiphereth. 86
Tiſri Menſis. 74
Titi nepos. 24.25
Tobias Chaldæus. 44
Toletanus codex. Præf.
Traditiones. 35.84
Traditio non ſcripta. 90
Tredecim loci mutati. 40
Tredecim middos. 159
Steganographia. 15
Stilus R. Sal. Jarchi. 171.172
Stipulæ in tela. 118
Strategema Apoſtatæ. 106
Studium Eliæ L. 59
Stulto an reſpondendum. 169
Stylus Chald. recent. 36
Succeſſio Cabaliſtarum. 96
Sulcus aromatis. 174
Suggeſtus 87
Summulæ cauſarum Juris. 135
Superſtitio critica. 50
Supplicia veneficorum. 167
Syllogiſmi Judaici . 101
Sylva Elai. 127
Symbola Maſorethica. 49
Symbola Thalmudica. 136
Symmachus. Præf. 25.
Synedrium magnum. 54.55
Syrach Hebræus. 43
Syracuſanus codex. Præf.

T.

Tabeel. 75
Tabellæ authoris. 108
Taciturnitas. 105
Tarphon. 87
Tela miraculoſa. 118
Temperans ſtudium. 104
Tempora Chriſti. 139
Templi deſtructio. 136
Templum Ezechielis. 64
Templum lupanar. 139
Templum Salomonis. 65

Vinum aceſcit. 128
Virgilius. 126
Virginitas Mariæ. 77
Viri Synagogæ M. 54.55.
Vita brevis. 136
Vitriolum. 11
Vitrum. 162
Vivi membrum. 84
Ulyſſes. 126
Unitas Dei. 148.
Univerſale & particulare. 166
Volumen legis M. Scriptum. 10
Volumina quinq;. 16
Uſus Cabalæ. 100
Uzielidis Targum Præf.

W.

Wormatienſis Synagoga. 170

X.

Xenophon. 126

Y.

Ypſilon Pythagoric. 79

Z.

Zadkiel. 89
Zakephkaton. 137
Zenorenna. 154
Zirupb. 75
Zurijth. 76
Tremellius. Præf.
Trinunitas. 68.94.102
Triſhagium Eſaiæ. 22
Trotenſus. 80
Tyberiadici ſenes. 52
Tyberiadicus conventus. 56.57
Tyberias Buxtorfi. 59.137
Typi vet. Teſt. 33
Typographia. 32

V.

Variæ lectiones. 50.53
Varietas Thargumi. 22
Vaſa fictilia. 128
Vav & Jod. 71.72
Veritas ſponſa. 68
Veritas Urbs. 133
Veritatis defectus. 139
Vernaculi Abrahæ. 118
Verſiones Chaldaicæ. 20
Veſtes non mutatæ. 20
Veſtes reſurgentium. 161
Veſtibula librorum. 50
Veteres Judæi. 7
Veterum laudes. 109
Vet. Teſt. caligo. 33
Vetularum amaſii 133
Vexilli ſignum. 80
Vinea ſtulti. 136

FINIS.